**Quae exstant. Tomus I / Novum textum constituit lectiones discrepantes adjecit Joannes Michael Bernhold.**

**Contributors**

Priscianus, Theodorus.
Bernhold, Joannes Michael.

**Publication/Creation**

[Ansbach] : [Knenlein, Markbreit, for Haueisen], [1791]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/ym4pu6zr

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

A. XIX. Pri

42247/A

. von dieser Ausgabe: L. Choulant
Handbuch der Bücherkunde für die
ältere Medicin S. 124.

M Haupt

Val. Rose
18/1 1875

66752

# THEODORI PRISCIANI
## ARCHIATRI
# QUAE EXSTANT
## TOMUS I

NOVUM TEXTUM CONSTITUIT
LECTIONES DISCREPANTES ADIECIT

JOANNES MICHAEL BERNHOLD
PHIL. ET MED. D
COMES PALATINUS CAESAREUS, SERENISSIMO MARCHIONI BRANDENBURGICO – ONOLDINO-CULMBACENSI A CONSILIIS AULAE, ACADEMIAE IMPERIALI ROMANO-GERMANICAE NATURAE SCRUTATORUM ADIUNCTUS, PHYSICUS SUPREMARUM PRAEFECTURARUM VFENHEMENSIS ET CREGLINGENSIS

Anspach 1791

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

# PROOEMIUM.

Quae praecognoſcenda forent, cum de Priſciano ipſo et eius vita, tum de ingenii monumentis ab illo relictis eorumque editionibus; nec non de praeſidiis reliquis, quibus inſtructus, ad edendum hoc opus acceſſi: vberius recenſere animus eſt, in praefatione, parti libelli nouiſſimae, totique adeo operi, praemittenda.

Sufficiat iam noſſe, duas tantum exſtare editiones Principes, Argentoratenſem nimirum omnium Primam, ac Baſileenſem, vtramque anno eodem 1532 in lucem prolatas[1]; meque ex illis, interdum ex Diſcrepantibus Ms Lectionibus, quarum copiam perbenigne fecit Magni Nominis Vir Ioannes Stephanus Bernardus[2], textum plane nouum, eumque integriorem ac locupletiorem, ſine omni coniecturarum in contextum recipiendarum pruritu, — quarum ne vni quidem indulgebam, — compoſuiſſe; atque Varias Lectiones, quarum tantum in vndecim hiſce, quibus continetur libellus, plagulis, 2600 plures obuiae deprehenduntur, ex vtraque potiſſimum editione Principe, nonnullas e lectionibus Ms praedicti differentibus, — paucas denique ex editione Aldina, duas illas memoratas, Argentoratenſem praeprimis, ad amuſſim referente, ingrato labore, — nam et ſteriles, quae videbantur, lectionum diſcrepantias, auctoritate Burmanni Summorumque aliorum Criticorum, haud negligendas putabam, — collegiſſe; atque, ad nouum Priſciani textum eliciendum, hanc eſſe ſequutum legem: diligentiſſime ad regulas Grammaticas, Criticas, Medicasque perpendi quodlibet vocabulum; addo et ſingulas litera-

*rum apices. Quo facto, lectionem, quam ex alterutra editione, meliorem elegeram, margini adpinxi editionis* Argentoratenſis, *ita, vt in contextu* Argentinenſi *voces delerem, quibus ſurrogaretur noua illa lectio e* Baſileenſi *exemplo depromta: contra ea, ſi* Argentoratenſis *lectio praeſtans ſalua in textu fuiſſet relicta, corruptam* Baſileenſem *in marginem tantum reiiciebam; eo quidem modo, vt, in contextum receptam aeque, ac ab ipſa differentem, lectionem, numeris Arabicis indicarem. Quodlibet vero caput ſaepius relegendum, atque cum editionibus veteribus, nec non Diſcrepantibus Ms, quarum mentio antea iam fuit facta, conferendum putaui; vt, quae mentis oculorumque aciem refugiſſent, relegenti occurrerent. Nihil vero e copia mea addidi, praeter ſcholia, in variis lectionibus nonnunquam occurrentia; vulgaria illa quidem, aſt ob vſum, quem filio praeſtabant, haud deleta. Textum vero huncce nouum conſcripſit ex ſchedis Reuerendus Vir, verbi Diuini apud* Gunzenhuſanos *Interpres* Mizlerus.

*Sic tandem aliquando prodit in lucem* Priſciani *mei* Tomus I, *qui* primum Librum *atque* Libri ſecundi priorem partem *complectitur.* Tomus alter partem Libri II poſteriorem, *vna cum* Volumine III, *comprehendet*[3]. Tomus *vero* Tertius IV *exhibebit* Priſciani Librum, *quo* Baſileenſis *editio plane caret; ex* Argentoratenſi *ſolummodo et* Aldina *expreſſum. Cui addam non ſolum* Theodori Diaetam, *a quamplurimis* Theodoro *noſtro adiudicatam, ex editione et cum notis integris* Schreineri, Halis Saxonum 1632 8o *excuſam, vna cum textu, ex collatione editionis* Principis Ar-

Argentoratenſis 1533[4], *hinc inde locupletato correctoque; iunctis lectionibus differentibus tum editionis huius tum* Riuinianae[5], *quae docent, nonnulla a* Schreinero *vel omiſſa vel temere mutata eſſe: ſed etiam* Qu. Rhemmii Fannii Palaemonis *Carmen* de Ponderibus et Menſuris, Priſciano *noſtro a nonnullis adſcriptum, ex omnium antiquiſſimo Saeculi X codice membranaceo ab* Ayrardo[6] *quodam literis conſignato, nemini huc vsque inſpecto, multo minus in vſum adhibito; ex membranis ipſis, inmenſum quantum ab editis libris diſcrepantibus, publici iuris faciendum; nec non, tam ob raritatem — bis enim edita tantum proſtat —, quam ob ſimilitudinem argumenti in nonnullis cum Libro Priſciani IV*, Sorani Iſagogen; *ex duabus, quae prodierunt editionibus*, Baſileenſi *inquam* Torini 1528[7], *ac* Veneta Aldina 1547, *noua recenſione et cum Lectionibus Variantibus, excudendam. Poſtremo, ſi Lectori placuerit*, Quartum *quoque* Priſciani Tomum *emittam; in quo Commentatorum gregem, qui, vel emendando vel illuſtrando, auxilii quid adtulere auctori, ſiue in lucem iam prodierint ſiue in Eruditorum ſcriniis lateant, in vnum faſciculum colligam: vt omnia habeat, quae docti homines de* Priſciano *vel ſomniarunt hucusque, vel ſcripſerunt, prioribusque ſuperſedere poſſit editionibus.*

*Innotuerunt vero hi:*

1 *Anonymus quidam, comparens in margine editionis* Argentoratenſis: *Variantibus noſtris iam inſertus.*

2 Iacobus Nicolaus Loënſis, *a Cel.* Bernardo, *ex eius* Miſcellaneorum Epiphyllidum Libro IX, Cap. XV, pag. 665 ſeqq. *deſcriptus, mihique beneuole transmiſſus.*

3 Caſpar Barthius *in* Aduerſariis. *Nec non*

notae *eiusdem* ineditae, *quarum facienda-rum copiam benigne promiſit Cl.* Laguna; *a quo Viro Doctiſſimo, omnibus numeris abſolutam* Lucani *editionem, Respublica exſpectat Literaria.*

4 Thomas Reineſius. *Tam in* Variarum Lectionum *volumine*, Altenburgi 1640 4° *excuſo, iam proſtantes, quam Ms adhuc latentes eiusdem notae; quas quoque Cl.* Laguna, *pro ea, qua eſt, humanitate, ſperare nos iubet.*

5 *B.* Trillerus; *Cuius quidem notae* editae, *in* Libri Priſciani *noſtri* IIdi Caput IV, *deprehenduntur iunctae Volumini de* Pleuritide, Francofurti 1740 8° *ab ipſo in lucem emiſſo:* ineditae *vero occurrunt, margini exempli* Priſciani Baſileenſis *adlitae; ex auctione* Cloſſiana *a me redemtae.*

6 *Cel.* Bernardus *noſter. Adſcripſit enim Venerandus hic Senex notas, auctore ſuo digniſſimas, h. e. eruditiſſimas ac vtiliſſimas, margini editionis* Baſileenſis; *quo eximio dono, ante duo, et quod excurrit, annos, optimus hic Vir, et ad iuuandas literas natus, me ornauit.*

*Ceterum, — conſilio* Apicii, *forma maiori in lucem proferendi, prorſus abiecto, — ſuſceptam a me prouinciam, edendi per partes* Corpus Medicorum Antiquorum Latinorum, *reliquo, quod Diuinum conceſſerit Numen, vitae ſpatio, poſt* Scribonium Largum Apicium*que, luci iam expoſitos, in futurum quoque, ſtrenue adminiſtrabo.*

*Vale, B. L., erratisque, ſi memineris, Augiae me expurgaſſe ſtabulum, ignoſce; mihique fauere perge. Dabam Vſenhemii, ipſis Calendis Aprilis* CIↃIↃCCIXC.

## *Notae numeris in textu indicatae.*

1 Ter ſeparatis omnino temporibus Auctor noſter in lucem huc vsque fuit emiſſus. Nam praeter edd. memoratas Principes, i. e. ad codices Ms expreſſas, quarum prior *Argentoratenſis*, in forma quam vocant folii, ſubiuncta *Albucaſis* Chirurgia —; poſterior *Baſileenſis* vero, ſola ſibi relicta nullisque aliis adiectis, forma prodiit quatripartita, proſtat et *tertia Veneta*, inter *Medicos Latinos Antiquos* in *Officina Aldina* 1547 f excuſa: in qua *Priſcianus* noſter vltimum occupat locum. Rariſſimum opus, in auctionibus, 18 — quin 20 Joachimicorum pretio, iam redemtus. *Quartam Priſciani* editionem, in *Georgii Kraut Experimentario Medicinae Argentorati* 1544 f obuiam, commentitiam eſſe, atque cum illa omnium prima *Argentinenſi* 1532 eandem, fuſius iam oſtendi in *Diarii Baldingeriani parte* XIV, pag. 31-34.

2 Variantes tantum Lectiones, ad *Librum Priſciani* II, e codice Ms *Voſſiano*; itidem ex alio codice, *Libro Priſciani* III, a *Cel. Bernardo*, additas, intelligo: quae hinc inde textum emendandum adiuuerunt, lectiones edd. Principum vtplurimum confirmauerunt. Codicum ipſorum inſpiciendorum occaſio haud dabatur.

3 Vt decens *Tomorum* ſeruaretur aequalitas, opus hoc, quo factum eſt, modo, diſpertire libuit.

4 Quae exſtat in collectione, hoc ornata titulo: *Phyſica S. Hildegardis* cet., *Oribaſii de Simplicibus* cet., *Theodori Diaeta*, *Eſculapii Liber vnus* cet., *Argentorati* apud *Io. Schottum* 1533 f. Vbi legenti *Theodorus* noſter occurrit a pagina 234 ad 245. Ipſiſſima vero haec anni 1533 editio, inſcriptione abſciſſa, ſubiuncta deprehenditur, editionem nouam mentita, *Krautii Experimentario Medicinae*; cuius mentio iam eſt facta in nota 1.

5 Editionem *Theodori Riuini* exhibent illius *Collectanea Veterum Bonorum Scriptorum de Medicina*, *Lipſiae* 1654 8vo excuſa. Opuſculum rarum, vt omnia ſcripta *Riuiniana*.

6 *Ayrardus* hic Monachus fuit *Auriliacenſis*, et complura veterum auctorum monumenta, iuſſu et in

vſum

vſum *Gerberti*, *Abbatis* tunc *Bobiugenſis*, et *Magiſtri Ottonis Imperatoris* cognomine *Tertii*, deſcripſit. Qui *Gerbertus* poſtea, ſub nomine *Sylueſtri* II, ad dignitatem Pontificis Maximi eueſtus, Eccleſiae praefuit ab anno 999 vsque ad 1003. Hinc efficitur, codicem noſtrum aetatem annorum 800 ſuperare. Conf. b. *Erneſti* praefatio, *tomo operum Ciceronis Primo*, editionis *Halenſis* 1772, praefixa, pag. 8-9, atque ſub finem. Publ. Bibl. *Erlangenſis* codicem poſſidet.

7 In Sylloge, veterum aliquot Medicorum, omnium prima, *Sorani* Iſagogen, *Oribaſii* Fragmentum, C. *Plinii Secundi* (potius *Valeriani*) Libros de re Medica V, *Apuleii* de Herbis, *Antonium Muſam* de Betonica, complexa; *Baſileae* apud *Andr. Cratandrum* 1528 f. Textus foliis continetur 125, contextui vero praemiſſus index 9 complet folia: Dedicatio tribus —, accedens vero in fine epilogus, duabus conſtat paginis. Splendidus ſane liber, ſiue formas earumque inpreſſionem, ſiue chartarum reſpexeris nitorem; itidemque valde rarus.

*Compendia ſcriptionis, occurrentia in Variantibus, textui* Priſciani *ſubiectis.*

A editionem denotat *Argentoratenſem.*

B vero *Baſileenſem* indicat ἔκδοσιν.

*Aldus*, *Ald.* editionem monſtrat *Priſciani Aldinam;* cuius lectiones diſcrepantes literis Alphabeti ſignificantur.

Ms differentes codicum Manuſcriptorum lectiones, a Cel. *Bernardo* acceptas, oſtendit; indicatas numeris Arabicis minimis, quibus vbique aſteriſcus *, tam in contextu ipſo quam in Variantibus, praefigitur.

# *THEODORI PRISCIANI
## **ARCHIATRI
## ***RERUM MEDICARUM
## LIBRI IV

### PRAEFATIO
### IN OPUS UNIVERSUM

[1]*a*THEODORUS PRISCIANUS TIMOTHEO S.

[2]Nuper me, collegae Olympii exhortatio- 1
ne, [3]provocatum, [4]nonnullos confe-
ciſſe Medicinae Praeſentaneae libel-
los, [5]vel mediocris fama retinet: ſed Graeco
ſtilo, [6]quoniam medendi induſtriam ſermone
claro haec natio publicauit. In his igitur vo- 2
luminibus non ſtudium [7]vanae gloriae, [8]ne-

*Variae Lectiones*

**Theodori Prisciani*, ſic B cum *Aldo* in fronte libri: *Octavii Horatiani* habet A

** *Archiatri*, carent hoc titulo, et A et *Aldus*: ex *Baſileenſis* ed. inſcriptione illum depromſimus.

****Rerum — IV*, ſic A cum *Aldo* in titulo: in B haec non leguntur.

1a *Theod. Priſc. Tim. S.* Operis praefatio. Octavius Horatianus Medicus, Euporiſto A. Theodorus Priscianus Timotheo Fratri *Ald.*

2 *Nuper me*, nuperrime A

3 *Provocatum*, provocatus A

4 *Nonnullos— libellos*, confeci nonnullos praeſentanee libellos A

5 *Vel; quos* vel A

6 *Quoniam*, quam A

7 *Vanae*, teneo A

8 *Neque — laborem*, neque enim eloquentiae hic opus eſt, ſed laboris A

que eloquentiae, poſui, ſed laborem: quippe, [9]quae fragilitas humani corporis [10]remedia flagitaret, [11]celeribus beneficiis, natura conſentiente, [12]compoſui. Non omnis enim
3 [13]valetudo medendi patitur tarditatem. Quapropter, [14]Frater Cariſſime! [15]quae, ornatui noſtri corporis vel ſaluti procurandae cuſtodiendaeque, [16]conveniant [17]opis naturae remedia, nunc in tuam gratiam noſtro ſermone digeſſi; non ſine [18]lucro famae, vt arbitror: [19]effectum enim in vtroque genere opus [20]plures [21]habebit teſtes, quam iudices.

## *Variae Lectiones*

9 *Quae*, quia A
10 *Remedia flagitaret*, remedium efflagitat A
11 *Celeribus beneficiis*; *et* celeris beneficii A
12 *Compoſui*, componi A
13 *Valetudo*, valitudo B
14 *Frater*, amice A
15 *Quae — cuſtodiendaeque*, quae in parui noſtri corporis ſalute procuranda conſtituendaque B
16 *Conveniant*, obveniant B
17 *Opis — remedia*, ordinata remedia A
18 *Lucro famae*, famae lucro A
19 *Effectum*, ipſum A
20 *Plures*; *tam* plures B
21 *Habebit teſtes*, teſtes habebit A

THEO-

# [1]THEODORI PRISCIANI
## ARCHIATRI
## LIBER I
## *PHAENOMENON EUPORISTON
## DICTUS

### Prooemium

Si [2]Medicinam minus eruditi [3]ac ruſtici [4]homines, [5]Naturae tantum conſcientia, non [6]etiam Philoſophia [7]occupaſſent: levioribus aegritudinum incommodis [8]vexaremur, et faciliora remedia caperentur. Sed 1 2

### *Variae Lectiones*

PRAEF. *In editione *Baſilienſi* haec in librum I praefatio, perperam capitibus adnumeratur ipſis: ſed tantum ab initio. A capite enim VI, idem, ac noſtra in editione, capitulorum obſervatur numerus.

1a *Theodori — Euporiſton*, Inſcriptiones praefationum Libri I, et in *Argentoratenſi*, et in *Baſileenſi*, nec non in *Aldina*, deprehenduntur a ſe inuicem diſcrepantes. Nos *Baſileenſem* ſequimur. *Argentoratenſis* prooemii titulus hoc ſe habet modo: "*Octavii Horatiani*, in primum Operis ſui librum, qui *Logicus* dicitur, ad *Euporiſtum praefatio*". Editio vero *Aldina*, mutatis tantum nominibus propriis, ex *Baſileenſi* tranſſumtis, eadem ac *Argentoratenſis* profert verba, nempe: "*Theodori Prisciani* in primum operis ſui librum, qui Logicus dicitur, ad *Timotheum* praefatio".

** *Phaenomenon--dictus*, qui et Phaenomenon Euporiſton B

2 *Medicinam*, medicina A

3 *Ac*, et B

4 *Homines*, ſic B et *Ald.*, hominis A

5 *Naturae — conſcientia*, natura tantum imbuti A

6 *Non — Philoſophia*, non tantum philoſophi A

7 *Occupaſſent*, occupati eſſent A

8 *Vexaremur — conentur*, Vt vno intuitu pateſcat,



haec

haec via ab illis omiſſa eſt, quibus, eloquentiae ſtudioſis, ſcribendi ac diſputandi gloria
8 maior fuit. Nam ſcire velim, qui fieri poſſit, vt, cum, quid rectum aut contrarium, quid ſalubre aut incommodum ſit, huiusce artis profeſſores inter ſe diſſentiant repugnantes diverſique, ſententias ſuas ſinguli ſeruare co-
4 nentur? Iactetur aeger magna tempeſtate:

*Variae Lectiones*

quam prodigioſe corruptus in vtraque editione, et *Argentoratenſi* (quae in omnibus conſentientem habet *Aldinam*) et *Baſileenſi*, deprehendatur hic locus;- in *Baſileenſi* praeprimis hiulcus maxime atque deficiens—:et, qua ratione in priſtinam illum reſtituere conati fuerimus integritatem: En! loca vtriusque editionis ipſa, in conſpectum producta; necnon et eundem illum integrum, prout, ex comparatione editionum inſtituta, in noſtra ſanatus nunc legitur.

*Argentoratenſis* nimirum habet: "vexaremur, *et faciliora remedia caperentur. Sed haec via ab illis omiſſa eſt, quibus eloquentiae ſtudioſis, ſcribendi ac diſputandi gloria maior fuit. Nam ſcire velim*, qui fieri poſſit, vt cum *quid rectum*, aut contrarium, quid ſalubre, aut incommodum ſit, huiusce artis profeſſores *inter ſe diſſentiant*, diuerſorumque ſententias ſinguli ſeruare conentur".

*Baſileenſis* autem exhibet: "vexaremur, *quod* fieri poſſit vt cum *aut* contrarium ſit quid aut ſalubre aut incommodum, huius*que* artis *repugnantes* diuer*ſi*que profeſſores ſententias *ſuas* ſinguli ſeruare conentur".

*Ed. vero noſtra:* "vexaremur, *et faciliora remedia caperentur. Sed haec via ab illis omiſſa eſt*, *quibus, eloquentiae ſtudioſis, ſcribendi ac diſputandi gloria maior fuit. Nam ſcire velim*, qui fieri poſſit, vt, cum, quid *rectum* aut contrarium, quid ſalubre aut incommodum ſit, huiusce artis profeſſores *inter ſe diſſentiant repugnantes* diver*ſi*que, ſententias *ſuas* ſinguli ſeruare conentur".

mor-

[9]morituro [10]collegii caterva [11]concurrat.
Tunc nos [12]non periculi ratio poſſidet, nec
communis naturae conditio convenit: ſed
tanquam in [13]circo et agone, alius eloquen-
tia, alius diſputando, alius [14b]adſtruendo, a-
lius deſtruendo, diſtribuendo alius, [15]quisque
inanem gloriam captat. Interea, dum hi in- 5
ter ſe luctantur, atque aeger [16]ſit fatis propior,
nonne videtur natura ipſa rerum haec dicere?
O fruſtra [17]occupatum mortalium genus! Oc-
ciditur aeger non moritur, et mihi fragilitas
imputatur. Sunt [18]infiniti morbi, ſed [19]dedi
remedia; latent in [20]fruticibus venena, ſed
[21]plura germinant ſalutis officia. Abſit [22]haec, 6
neſcio quae, [23]perturbatrix diſputatio; atque
iſte loquacitatis vanus amor. Haec ego ſalu-
ti mortalium remedia non dedi; ſed [24c]magnas
ſeminum ac frugum herbarumque poteſtates,

## *Variae Lectiones*

9 *Morituro*, morbi: tunc A
10 *Collegii*; *noſtri* collegii A
11 *Concurrat*, concurrit A
12 *Non — ratio*, pereuntis admiratio A
13 *Circo et*, Tempico B
14*b* *Adſtruendo — quisque*, hac ratione textum noſtrum ex A et B concinnauimus, locupletiorem aeque ac concinniorem; quum omnes tres editiones exhibeant illum mancum mutilumque, ſequenti modo: "deſtruendo, quisque A; adſtruendo, diſtribuendo alius, B; adſtruendo, alius deſtruendo, quisque *Aldus*.
15 *Quisque*, abeſt in B
16 *Fit fatis propior*, ſic caſui proprio datus A
17 *Occupatum*, ingratum B
18 *Infiniti*, triſtes B
19 *Dedi*, deſunt A
20 *Fruticibus*, fluctibus B
21 *Plura*, non A
22 *Haec*, hoc A
23 *Perturbatrix*, perturbat rerum A
24*c* *Magnas ſeminum*, magna ſemina A, magna ſeminum *Ald.*

7 et [25]quidquid propter homines genui. [26d]His
dictis, nonne Tibi, Frater Amantiſſime, error
noſter ſit clarior; qui ad aegros, certandi ſtu-
8 dio, infructuoſa verba adferimus. Hinc[27]eſt,
quod ego huiuscemodi opus adgreſſus ſum,
vt[28]facilioribus[29]potius naturalibusque[30]re-
mediis, et quae diſputatione careant, Medi-
cinam ſalubrius ordinarem: hoc eſt, eupori-
ſtis; [31]ſucco tritici, farina hordei, herbis vel
metallis, et ſimilibus ceteris, [32]in quibus ma-
9 nifeſta remedia natura ſignauit. Neque enim,
quum [33]aegrotus adficitur, [34]adeundus eſt
mox Pontus, aut [35e]interiora Arabiae ſolici-
tanda ſunt; ob ſtoracem vel caſtoreum, vel
reliquas fruges, quas orbis longinquus pecu-

## *Variae Lectiones*

25 *Quidquid — genui*, quid homines genui? B

26*d His — adferimus*, haec dixi. Non vt tibi, Amice, error noſter ſit charior, quia de aegrotis certandi ſtudium, et infructuoſa verba deferimus A. *Haec — aegrotis*, verba haec omnia, ex *Argentoratenſi* ed. mox adlata, in *Aldina* prorſus deſiderantur.

27 *Eſt*, eſt *ergo* B

28 *Facilioribus*, facilibus B

29 *Potius naturalibusque*, Sic B et *Ald.* Potiusque naturalibus A

30 *Remediis — ordinarem*, medicemur remediis: vt diſputatione garrula careat Medicina, quam iactanti oratione miſeros et afflictos teneamus: A

31 *Succo — metallis*, Succis,tritico,farina, et hordeo,herbisque variis,vel metallis A

32 *In*, omittit A

33 *Aegrotus*,aegrotus *quispiam* A

34 *Adeundus — Pontus*, adhibendus eſt Pontus A

35*e Interiora — peculiares*, interiorisArabiae oſtrea vel caſtores, vel reliquae fruges, quas orbis longinquus familiaresA.Inter verba, *oſtrea vel caſtores*, *Aldina* ed. interpoſitas habet voces, *vel ſtyrax*, hoc modo: Oſtrea *vel ſtyrax*,vel caſtores.

lia-

liares habet. Ideo Medicinam etiam in vili- 10
bus herbis parens natura diſpoſuit, vt [36]nullo
[37]vel loco vel tempore medendi deſit offici-
um, cum [38]vbique poſſit eſſe remedium. Hoc 11
igitur volumine bonam hominis valetudi-
nem, [39]expeditis, vt [40]aiunt, [41]et ruſticis cura-
tionibus [42]formatam, in vulgus expoſui; in
quo gratior aegris eſt medicina, [43]cum celeri-
tas [44]ac facilitas famulatur officii. [45]Quare 12
[46]erit nobis de capite, tamquam [47]ex arce, ad
reliquam curam corporis deſcendendum: in
quo, quanto pretioſior eſt ſanitas, tanto eſt
moleſtior aegritudo. Si quis igitur in ſene, 13
et quantulaecunque ſcientiae, [48]Medico, hanc
ſimplicem curationis viam inlaboratamque,
miratur; nouerit, me in vtroque genere, face-
re quam [49]dicere, potius elegiſſe.

## *Variae Lectiones*

36 *Nullo*, nullo *bello* A
37 *Vel loco*, omittit A
38 *Cum vbique*, cum tutum B
39 *Expeditis, vt*, expediui, et A
40 *Aiunt*, dicunt B
41 *Et*, omittit A
42 *Formatam*, firmatam A
43 *Cum*, quum A
44 *Ac facilitas*, abeſt in B
45 *Quare*, qua de re A
46 *Erit*, eſt A
47 *Ex arce*, ἐξάρχῳ A
48 *Medico*, abeſt in B
49 *Dicere*, docere A

# [1]INDEX CAPITUM
## LIBRI I

[2]Prooemium.
Cap. I. De infectionibus capillorum.
II. De capillis cadentibus.

*Variae Lectiones*

*Indices hi capitum cuiusque libri, in *Aldina* ed. penitus omiſſi, in edd. et A et B alio plane collocantur ordine; quin in ed. A ipſa, locus indicis in primo libro diuerſus deprehenditur ab illo, quo collocatur in II atque III. In his duobus enim vltimis voluminibus praefationem, fronti cuiuslibet libri inſcritam, ſequitur; praecedens tamen ſemper capiti I. Verum in primo e contrario volumine non tantum capitulis ipſis, ſed praefationibus etiam—, (iſti quoque, quae vniuerſo libro praefixa eſt) praepoſitus legitur. In ed. B autem, poſt operis vniuerſi quidem praefationem demum; aſt tamen ante prooemium quodlibet, libros ſingulos antecedens, quilibet index in conſpectum venit. Nos, et Veterum auctoritatem, *Plinii* u. c. in H.M., atque *Scribonii Largi*, operum ſuorum praefationes indicibus praemittentium, et editionem *Argentoratenſem* in libris II et III, ſequuti, poſt praefamen ſingulis libris praemiſſum, quemlibet capitum indicem ponimus; efflagitante quoque id ratione ipſa, quum de praefationibus in iſtis indicibus altum habeatur ſilentium; capitum tantum fiat mentio. Plura de hoc argumento vide in proxime ſequente n. 2. Vt et primam omnium, ad praefationem libri I, adnotationem.

**In editione *Aldina* indices capitum, et in hunc librum *primum* et in duo ſequentes, *ſecundum* inquam ac *tertium* (quos a *Prisciano* ipſi operi praefixos, ab antiquiſſima ſaltem manu profectos eſſe, ingens inter alia variantium teſtatur numerus), integri, verum haud bene, ſunt omiſſi.

1 *Index c. lib. I*, Capita libri primi, qui Logicus dicitur A

2 *Prooemium*, deeſt in A. In B perperam ad-

Cap.

Cap. [3]III. De cremento capillorum.

IV. Ad defectionem capillorum, quibus, aegritudine prolixa, carere ſaepe contingit.

[4]V. De pediculoſis.

VI. De acoris.

VII. De alopecioſis.

VIII. De aurium [5]cauſatione.

IX. De parotidis.

X. De [6]furunculis.

XI. [7]De choeradis, [8]de rheumate collecto.

XII. De oculorum [9]cauſis.

## *Variae Lectiones*

ditur I, quaſi primum conſtitueret caput. Ab editore vero propagatus hic videtur error: nam a Cap. VI ad finem usque, idem eſt numerus capitum, et *noſtrae* et *Baſileenſis*, editionis.

3 Inſcriptiones a C. III ad VI deſunt in ed. *Baſileenſi*; quum illa non tantum his capitibus, ſed et haud contemnenda parte Cap. IIdi (IIIi in ed. B) vltima, dimidia priori C. VIti, nec non capitis XXIII maiori poſteriori parte, integris quoque XXIV, XXV, XXVI, huius libri capitulis, ſit truncata.

4 Et hoc caput quintum *Argentoratenſi* in editione aeque ac in *Aldina* inſignitur numero IIII. Error, per integrum hunc primum librum, in deſignando capitum, *in Argentoratenſi aeque ad Aldina edd.*, numero, propagatus: cum capita in illo numerentur tantum 33, et tamen in libro ipſo 34 occurrant.

5 *Cauſatione*, curatione B

6 *Furunculis*, ferbunculis *vbique naſcentibus* B

7 *De choeradis*, abeſt in A; praecedenti vtpote de *furunculis* capiti inſertum.

8 *Rheumate collecto*, reuma collecta B. Aſt in inſcriptione capitis XI, in textu ipſo p. 19, conſpiciuntur verba *reumate collecto;* quae hunc in locum transtulimus.

9 *Cauſis*, cauſis *diverſis* B

Cap. XIII. De narium morbis.
XIV. De fluxu ſanguinis narium.
XV. De labiis crepantibus.
XVI. De dentium [10]cauſatione.
XVII. De vitiis faucium [11]et oris.
XVIII. De papulis minutis [12]vbique naſcentibus.
XIX. De [13]vſtionibus calidae, vel ignis.
XX. De carbunculis.
XXI. De vulneribus, [14]variis caſibus inſixis.
XXII. De [15]vlceribus, ſponte naſcentibus.
XXIII. De igne ſacro.
XXIV. De [16]apum percuſſibus, vel ſcorpionum, aut ſerpentum.
XXV. De [17]ſtirpibus vel oſſibus inſixis.
XXVI. De teſtium [18]indignatione.
XXVII. De veretri, hoc eſt naturae, [19]cauſatione.
XXVIII. De [20]hernioſis.
[21]XXIX. De vmbilicis infantum eminentibus.

*Variae Lectiones*

10 *Cauſatione*, curationibus A

11 *Et*, vel A

12 *Papulis minutis naſcentibus*, minutis papulis, quas ionthus dicimus B

13 *Vſtionibus calidae*, vſtione calida A

14 *Infixis*, infixis *et neurotrotis* B

15 *Vlceribus ſponte*, vulneribus ex ſe A

16 *De apum — ſerpentum*, de apum percuſſibus vel ſcorpionum caeterorumque ſerpentum A; de percuſſis apum vel ſcorpionum aut ſerpentium B

17 *Stirpibus— infixis*, turpibus receptis et latentibus A

18 *indignatione*, indignationibus *vel viciis* B

19 *Cauſatione*, vitiis A

20 *Hernioſis*, hernioſis *maiorum aliarumue aetatum* B

21 Abeſt in A, praegreſſo ſcilicet capiti nexum.

Cap.

Cap. XXX. De diverſis vitiis in ano [22]naſcentibus.
[23]XXXI. De ſyringis.
XXXII. De [24]pernionibus.
XXXIII. De rhagadiis pedum vel digitorum.
XXXIV. De paronychiis.
XXXV. De pruritu, vel ſcabie, totius [25]corporis.
[26]XXXVI. De maculis in corpore naſcentibus.
XXXVII. De elephantioſis.
XXXVIII. De luxationibus.[27]

## *Variae Lectiones*

22 *Naſcentibus*, naſcentibus, *vel ſyringis hoc eſt Fiſtulis* A

23 Abeſt in A, nexum capiti praecedenti. *Syringiis* legit B

24 *Pernionibus*, pernionibus *prurientibus* B

25 *Corporis*, corporis, vel variis maculis in corpore A

26 *Corpore*, abeſt integrum hoc, cum inſcriptione ſua, caput; nexum vtpote praegreſſo in A

27 Capita huius libri quatuor, 11 nimirum, 28, 31, 36, in *Argentoratenſi* aeque ac *Aldina* editione, ſub hoc numero haud exſtant, proxime praecedentibus vtpote adunata; vndecimum ſcilicet nexum eſt atque coaluit in vnum cum capite decimo, 28 cum 27, 31 cum 30, 36 cum 35. Quartum praeterea tam in ed. A quam in *Aldina*, bis numeratur caput; nempe et 4 et 5 eodem inſigniuntur numero IIII. Hinc eſt, quod in *Baſileenſi* idem ex aſſe ac noſtra in editione, inveniatur capitum numerus, quorum omnino exſtant 38; cum in *Argentoratenſi* huius libri editione, vt et in *Aldina*, 33 tantum e contrario deprehendantur capitula.

## C. I. *De infectionibus capillorum*

1 [1]Denigratio capillorum. Spumae argenti,
terrae [2]cimoliae, calcis vivae, [3]ſemun-
cias ſingulas tritas; cum aqua identidem con-
teri facies, vsque in pinguedinem mellis: et
2 capillos linies. Linimentum vero cum ſicca-
re coeperit, loca fricando discuties, et lava-
bis ex poſca, in qua terram cimoliam [4]tritam
commiſcueris. Ne autem vſtionem [5]incurras;
frequenter, [6]cum lavare coeperis, loca oleo
3 roſeo [7]inrigabis. [8]Aliud. Ferri purgationem
et raſuram plumbi vncias ſenas, in ſextariis
tribus aceti viſcidi [9]coque, vt ad medietatem
coctura perueniat; de hac coctione frequen-
4 ter loca lavabis: [10]oleo ne contingas. [11]Aliud.
Ciconiarum oua in vas plumbeum [12]agitabis;
[13]hoc capillos [14]vngues. [15]Cum vero [16a]in-
linimenta ſiccauerint; ex aqua, in qua [17]betae

### *Variae Lectiones*

C. I. 1. *Denigratio capillorum*, Ad denigrationem capillorum B

1 *Cimoliae*, ſic B et *Ald.* cimoleae A

2 *ſemuncias — tritas*, ſingularum ſemiuncia, trita A

3 *Tritam*, omittit B

4 *Incurras*, procures B incurras, procura A

6 *Cum*; *vt* quum A

7 *Inrigabis*, irrigentur A

8 *Aliud*, ſic B et *Ald.* deeſt in A

9 *Coque*, coques A

10 *Oleo ne contingas*, et oleo anethino continges A

11 *Aliud*, deeſt in A

12 *Agitabis*; *adiicies et* agitabis A, agitabis *ex aere* B

13 *Hoc*, *ex* hoc A

14 *Vngues*, vnges A vnge B

15 *Cum vero*, ſi B

16*a* *Inlinimenta*, linimento A, linimenta *Aldus*

17 *Betae decoctae*, haec cocta B

de-

decoctae fuerint, tepida [18]lauabis. [19]Aliud. 5
Capparis radicem [20]confringes,[21]et tribus die-
bus in lacte [b]infundes aſinae, [22]poſtea vero
[23]coques molli vapore, vsque in mediam par-
tem; [24]et frequenter loca [25]confricabis. [26]A- 6
liud. Fungos arboris nucis [27]combures ſic,
vt carbo [28]fiat; poſtea vero [29]teres, mixto o-
leo, [30]quali volueris: [31c]hoc vtaris vnguen-
to diurno, vt vlterius albi non naſcantur.
[82]Aliud. Betarum [33]rubrarum cum radicibus 7
ſuis libram vnam, [34]teres cum ammoniaci ſa-
lis vnc. II, et [35]admiſcebis [36]olei cedrini vn-
cias III, vt confectio [37]ſiccari non poſſit; et
vteris. Flauos vero capillos [38]ſic facies: lu- 8
pinos amaros in aqua, per dies [39]XV, infun-
des; et [40]poſtea ex hac aqua, in balneis, caput
aſſidue lauabis. [41]Aliud. Alumen, quo infe- 9

## *Variae Lectiones*

18 *Lauabis*, delauabis A
19 *Aliud*, abeſt in B
20 *Confringes*, confrangis B
21 *Et--aſinae*, et lacte aſinae tribus diebus infundis B
*b* *Infundes*, ſic *Ald.* infundis A et B
22 *Poſtea*, poſt A
23 *Coques*, coquis B
24 *Et*, abeſt in B
25 *Confricabis*, confrices A
26 *Aliud*, ſic B et *Ald.* deeſt in A
27 *Combures ſic, vt*; comburi facies, vt A
28 *Fiat*, fiant A
29 *Teres*, teras A
30 *Quali volueris*, quoad libuerit A
31 *c* *Hoc — diurno*, et ita eſt vnguentum diuturnum B. Ante vocabulum *hoc* inſerit *Aldus*; *Aliud*: erronee.
32 *Aliud*, ſic B et *Ald.* deeſt in A
33 *Rubrarum*, rubearum A
34 *Teres*, teras A
35 *Admiſcebis*, admiſces A
36 *Olei cedrini*, oleo cedrino B
37 *Siccari*, ſiccare B
38 *Sic facies*, ſic facere velis A
39 *XV*, xii A
40 *Poſtea*, poſt eos B
41 *Aliud*, ſic B et *Ald.* deeſt in A

cto-

ctores vtuntur, cum aqua [42]conteres, et capillos ex [43]hoc [44]infundes; quod [45]permanere facies tribus diebus: poſtea lauabis [46]ex aqua, in qua nitrum reſolueris. Sane ſi tibi multum [47]rubri viſi fuerint; ex ea aqua lauabis, in qua cimoliam terram reſolveris.
10 Si candidare autem velis, hirundinum [48]ſtercore cum felle taurino [49]contrito, loca continges frequentius. Sed, haec ſuperflue [50]nos [51]ordinaſſe, certiſſimum eſt. Ceterum albi
11 [52]prohibendi potius, quam procurandi. Sane ſi criſpare [53]intendis, asphodeli radices in vino [54]teres; et ex hoc [55]capillos frequenter [56d]infundes.

C. II. *De capillis cadentibus.*

1 Inſtruam etiam [1]et adiutoria de capillis cadentibus, qui, aut longa aegritudine, aut [2]nimietate vaporis, cadentes ante ſenilem aetatem, [3]nuditate caput foedare conſuerunt.

*Variae Lectiones*

42 *Conteres*, ſic B et *Ald.* conteris A
43 *Hoc*, his A
44 *Infundes*, infundito A
45 *Permanere facies*, per mane facies B
46 *Lauabis— reſolueris*, lauabis, vbi nitrum reſolueris B
47 *Rubri viſi fuerint*, rubrum viſum fuerit B
48 *Stercore*, ſic B et *Ald.* ſtercus A
49 *Contrito*, ſic B et *Ald.* contrita A
50 *Nos*, nos *in hoc* B
51 *Ordinaſſe*, ordinare A
52 *Prohibendi*, prohibendi *ſunt* A
53 *Intendis*, delectas B
54 *Teres*, ſic B et *Ald.* teris A
55 *Capillos*, abeſt in A
56d *Infundes*, infundis A inlinies B. Ex *Aldina* noſtram deſumſimus lectionem.

C. II. 1 *Et adiutoria*, omittit A
2 *Nimietate*, abundantia A
3 *Nuditate — conſuerunt*, nudare caput conſueuerunt A. nuditate capilli foedare conſuerunt B

Or-

Ordinamus itaque confectionis genus, quo
non ſolum cadentes [4]contineri poſſint; ſed
etiam, forte qui ceciderint, [5]reparari. Acci- 2
pies quam plurimas [6]apes, [7]in vas fictile clau-
ſas, incendes; et poſtea cum oleo conteres, et
caput [8]linies: ſane ſolicitus, ne frontem tan-
gas, [9]ob tumores emergentes; licet falſo [10]ti-
more terrearis. [11]Aliud. Melanthion [12]et ſu- 3
beris carbones [13]contuſos, teres et [14]cribrabis,
et, cum aqua commixto, caput inlinies. Hoc
et alios innaſci faciet; quam maxime, ſi [15]ſu-
percilia [16]curare velis. [17]Aliud. Ladanum 4
cum vino teri facies, et oleum myrteum [18]ad-
miſcebis; et vteris, vt pinguiſſimo linimento.
[19]Aliud. Nuces virides immaturas [20]quaſſa- 5
tas in oleo [21]*a*gremiali*infundes, [22]et aluminis
humecti tertiam partem; et in vaſe fictili no-
uo repones diebus XL [23]in ſubdiuali: et poſt
vteris vnguento probato. [24]Aliud. Nigrae 6

## *Variae Lectiones*

4 *Contineri*, retineri *poſſideriue* A
5 *Reparari*, reparentur A
6 *Apes*, napas A
7 *In vas fictile*; *et* in vaſe fictili A
8 *Linies*, illinies A
9 *Ob*, et B
10 *Timore*, tumore A
11 *Aliud*, ſic B et *Ald.* abeſt in A
12 *Et ſuberis*, ſuper A
13 *Contuſos*, cum torrueris A
14 *Cribrabis*, cribellabis B
15 *Supercilia*, ſupercilium B
16 *Curare*; *hoc modo* curare B
17 *Aliud*, ſic B et *Ald.* deeſt in A
18 *Admiscebis*, miscebis B
19 *Aliud*, ſic B et *Ald.* abeſt in A
20 *Quaſſatas*, quaſſabis, *et eas* A
21 *a Gremiali*, fremiali A
* *Infundes*, ſic A et B, infundens *Aldus*.
22 *et*, in B
23 *In ſubdiuali*, deſunt haec verba in B
24 *Aliud*, ſic B atque *Ald.* abeſt in A

myr-

myrti foliorum [25]vnciam, gallarum quaſſata-
rum [26]duas; ſimiliter in oleo [27]infundes, vt
[28]ſupra. Hoc etiam [29]ſcabiei ſiccae vtile eſt,
7 [30]quam *Graeci* [31]τριχίασις appellant. [32]Ali-
ud. Herbam [33]periſtereon cum radicibus ſuis
[34]ſiccam, teres, [35b]cribellabis, et oleo [36]com-
8 miſcebis; et vteris. De experimentis [37]aliud.
Adeps vrſinus, cum ladano et adiantho ſub-
actus inlituſque, capillos effluere non [38]pa-
tietur. Et ſandaraca, cum aceto contrita,
9 [39]idem facit. [40]Aliud. Capita muſcarum, cum
melle contrita, par beneficium faciunt, in
10 continendo [41]capillos. [42]Si vero vis, vt ca-
pilli, etiam poſt combuſtionem, exeant; [43]fo-
lia fici ſicca [44]tundes, et [45]cribellabis, et ex eo
puluere loca [46]confricabis; *aut cum aqua dul-*

## *Variae Lectiones*

25 *Vnciam*, vncia I A
26 *Duas*, vnc. II A
27 *Infundes*, infundis A
28 *Supra*, ſupra: *et vteris* A
29 *Scabiei ſiccae*, ſuperciliis A
30 *Quam*, quod A
31 Τριχίασις *appellant*, petraſin appellauere B
32 *Aliud*, ſic B et *Ald*. deeſt in A
33 *Periſtereon*, ſic B et *Ald*. periſterion A
34 *Siccam teres*, ſiccatas teris A
35*b* *Cribellabis* B, *et* cribras A, cribrabis *Aldus*.
36 *Commiſcebis*, ſic B et *Ald*. commiſces A
37 *Aliud*, ſic B et *Ald*. deeſt in A
38 *Patietur*, patitur A
39 *Idem; hoc* idem B
40 *Aliud*, habent B et *Ald*. abeſt in A
41 *Capillos*, capillo A
42 *Si — exeant*, vt capilli etiam poſt combuſtionem exeant, ſi fieri velis A
43 *Folia fici*, ficus folia A
44 *Tundes*, ſic B et *Ald*. tundis A
45 *Cribellabis*, exhibent B atque *Ald*. cribellas A
46 *Confricabis*, ſic B et *Aldus*, confricas A

Et hic deficiunt *ed.*

*ci*

*ci decocta proderunt. Alcyonii radices combures, et teris ſimiliter, et praeuaporatis locis adſperges. Sed quoniam aliquando ſupercilia, vitio imminentis elephantiae, aut ſiccitate nimia corporis, cadunt, vt in capite ſaepe contingit, hi ſic conſtringendi erunt. Cedrinum militrum combures, et eius nidoris puluerem colliges. Vnde hoc ſupercilia tangere debebis.*

## C. III. De crementis Capillorum.

*Aliud generaliter omnibus ad capillorum crementa. Polytrichi herbae radices pondo duo, flores eius pondo II, cedrini olei pondo III, oua gallinarum X, olei hiſpani pondo XXX, gallarum pondo III. Radices herbarum in aqua infundes, flores vero ſupradictos in ſole ſiccare facies, oleum vero vtrumque in vas mundum mittis cum ovis, et caeteris ſpeciebus, et agitas, quamdiu veluti calefactum proprium odorem exhalet, et ſimiliter quotidie agitas diebus octo. Poſtea vteris vnguento. Attamen Gallico* x

### *Variae Lectiones*

*Baſileenſem* omnia ad capitis VI vsque verba: *aut myrtus, aut rubus;* aliis huc vsque adminiculis non exſtantibus vel iſtis hactenus ignoratis, ex *Argentoratenſi* atque *Aldino* exemplari mendoſiſſimis, unice ſupplenda. Notandum praeterea, capitis VI partem poſteriorem, tertio in *Baſileenſi* perperam nexam deprehendi, a verbis: *aut myrtus* ad finem vsque; quaſi partem conſtitueret tertii vel potius ſecundi capitis. Poſt verbum nimirum *confricabis* ſtellula adparet in editione *Baſileenſi*, atque hiatus in linea aliqualis. Proxima vero inſequens linea initium denuo capit cum aliquali hiatu et adfixo aſteriſco. Quae inſequuntur tandem verba antea prolata: *aut myrtus &c.*

2 *ſapone caput lauabis. Aliqui vero, conſultius agentes, poſt capitis loturam hac vſi ſunt unctione. Olei cedrini pondo II, vini libra, ouis III, Nardini olei pondo V, commiſcebis. His omnibus mixtis, et agitatis.*

## C. IV. Ad defectionem Capillorum, quibus aegritudine prolixa carere ſaepe contingit.

1 *Coriandri ſeminis vncias II. cymini anatolici vncia I, herbae periſterei vncia I. Omnia infundes in olei myrtei, et vini cretici ſextariis II. Et poſt tertium diem molli vapore coques vsque dum materia conſumatur, et ita vteris.*
2 *Adipis vrſini vncias II, veretri aſini combuſti vncias II, polytrichi vnc. I, polygoni vncias IV, myrtei olei pondo II. Omnia tuſa, et cribellata,*
3 *commiſces, et vteris pſilotro. Capillos locis propriis defugabis, ſi veſpertilionum cerebra lacte muliebri contrita commiſceas, et adhibeas. Aut ſi marrubii ſucco lac aſinae commiſceas, et ſimiliter loca contingas. Hoc et tunni piſcis fel, ladani lachryma commixtum facit. Et ſi lepo-*
4 *ris ſanguine recenti loca contingas. Sandaraca, et hyoſcyami ſucco aequis ponderibus mixtis, loca continges, et capilli cadent, nunquam vlterius exituri. Cicutae herbae ſuccum cum aqua diligenter contritum, euulſis ex oculis pilis, adhibeo diebus tribus, et vlterius non naſcentur. Cimicis ſanguine quam maxime mulieribus lo-*
5 *ca continges. Veſpertiliones quamplures viuos accipias, et eos in vas cum cedria infundas, quamdiu illo tempore putrefieri poſſint, et ex eo loca contingas, quae a capillis ſemper immu-*
6 *nia eſſe volueris. Agreſtis vrticae ſemine cum oleo contrito, loca continge. Pini arboris comas*

*ac-*

*accipies, et cum melle conteres, et repones. Cum vero vti velle coeperis, loca confricabis.*

## C. V. De pediculoſis.

*Staphis Agriae vnciis II, ſandaracae vnc. I,* 1
*cum oleo, et aceto poſtquam contriueris, omne corpus perungendum eſt. Sic gaeraſteros, et nitrum, et oleum facit. Folia tamariſci in aqua bulliantur, et ex ea decoctione fricentur. Et* 2
*aliud. Poſtquam capillos abſtuleris, aut melle, aut cedria loca continge. Lupinos amaros in aqua infundes per plenum diem: alia vero ſequenti coqui facias, et ex ea decoctione loca frequentius delauabis. Hoc pyretri, et gallarum* 3
*puluis ex aequo commixtus, in balneis adhibitus, facit. Poſt hunc vero puluerem, ſucco betarum loca lauabis. Staphiſagriam tundes, et oui album admiſcebis, et commixtione loca fricabis.*

## C. VI. De acoris.

*Acoras, papillas dicimus, quae per cauernas* 1
*breuiſſimas humorem pinguiſſimum mittunt. Hae frequenter in capite, vel facie, et caeteris membris emergunt. Quibus et caeterae papillae ſunt ſimiles, quas Cerionas appellamus. Sed et diſtant: quia Ceriones plures cauernas* 2
*egeſtionis habent, et humorem multo pinguiorem emittunt: Acora autem vnam cauernam habet, et humorem egerit aquatiorem. Eſt namque vtrisque cauſſa vna, vitiorum naſcendi neceſſitas. Quae cum ſe plenam monſtrauerint, or-* 3
*dine tali curandae erunt. Primo purgatione totius corporis vti conueniet: vt origo quae haec effecerat, egeratur: Purgatione inquam tali.*

*Scammoniam, aloe, colocynthida aequis pon-*
*deribus contritas, ſucco cauliculorum tempera-*
*mus, et catapotia in modum erui grani confici-*
*mus. De quibus erit nobis plena datio grana*
*VII. Secundae V. et vt ſe ratio aetatis, et cauſ-*
4 *ſae qualitas attulerit. Incipientibus vero cauſ-*
*ſis, etiam ſola vnguentorum frequenter benefi-*
*cia ſuffecerunt. Terra cymolia cum aceto con-*
*trita, ſeu creta argentaria ſimiliter. Sic pom-*
*pholix cum aceto adhibetur: ſic ſpuma argenti:*
*ſic chartae combuſtae cinis cum aceto medebitur.*
5 *Quibus vero haec vulneratio obuenerit cum do-*
*lore, Primo ex aqua calida fouendi ſunt, in*
*qua decocta ſint,* * — [1]aut myrtus, aut rubus,
aut [2]aſparagi radix, aut [3]ſalicis folia. [4]Hoc et
lenticula cocta, et cum melle contrita, cura-
re conſueuit. Ante tamen lauanda [5]loca
erunt ſucco betarum, mixtis foenigraeci
6 pollinibus. [6]Aliud. Pini corticis combuſti
cinis, [7]mixtis cerotario et oleo roſeo, adhibe-
tur. Sic et cadmia, ſic et cerusſa, ſic et ſpuma
7 argenti, adhibetur in balneis. [8]Certum eſt [9]ta-
men, [10]cauendam eſſe aceti adhibitionem:
vnde magis [11]ea vino omnia medicamenta
[12]temperanda erunt. Item nitrum combu-
ſtum vino ſtyptico [13]extingues, et contri-

*Variae Lectiones*

1 *Aut myrtus*, abeſt in A
2 *Aſparagi*, ſparagi A
3 *Salicis folia; ſaluiae olia* in textu: *Alias ſalicis*, in margine habet A
4 *Hoc — lenticula*, coqui debent et lenticula B
5 *Loca erunt*, deſunt in B
6 *Aliud*, deeſt in A
7 *Mixtis*, mixtus A
8 *Certum eſt*, cum certum ſit B
9 *Tamen*, namque A
10 *Cauendam; in foeminis* cauendam A
11 *Ea*, eis A
12 *Temperanda*, temperata B
13 *Extingues*, extinguis A

tum

tum in balneis adhibebis. Similiter et my-
robalanum: [14]oleo ne contingas. [15]Aliud ab 8
*Apollonio* probatum eſſe [16]cognovimus: o-
lei roſei, vel myrtei [17]vnciam, mittes in
[18]mortarium plumbeum, accipies etiam pi-
ſtillum eiusdem metalli, et [19]teres, quamdiu
oleum [20]et pingueſcat et [21]nigrum fiat. Item
in [22]aliud mortarium, cuiuslibet metalli, mit-
tes ſpumae argenti libram vnam, tantundem
[23]etiam ceruſſae, et eorum puluerem [24]con-
teres [25]cum oleo ſupradicto; [26]hoc, omnes
[27]acoras, vbi fuerint, linimento curabis: [28]an-
te tamen ſucco betarum lauabis. Hoc me- 9
dicamentum et [29]in [30]papulis, et in puden-
dis rhadagiis, vel condylomatibus, [31]quae
ſemper, pro loci natura, acrioribus medica-
minibus commouentur, [32]ſatis prodeſt. Apud
aliquos hoc genus medicamenti [33]*ficotice* ap-
pellatur. Aliud rutatum: ſpumae argenti 10
vnc. [34]VII, rutae viridis foliorum vnc. V,
olei myrtei vnc. VIII, [35]aceti libram vnam;

## *Variae Lectiones*

14 *Oleo ne contingas*, oleo coniungas A
15 *Aliud ab Apollonio*, quod apud Apollonium A
16 *Cognouimus*, poſt hoc vocabulum habet A: *Aliud*.
17 *Unciam*, vncias IV B
18 *Mortarium plumbeum*, mortario plumbeo B
19 *Teres*, teris A
20 *Et pingueſcat*, pingueſcat A
21 *Nigrum fiat*, nigrefiat A
22 *Aliud mortarium*, alio mortario B
23 *Etiam ceruſſae*, ex ceruſſa A
24 *Conteres*, combures A
25 *Cum*, def. B
26 *Et hoc*, ex hoc A; et B
27 *Acoras*, areas B
28 *Ante — lauabis*, deſunt in A
29 *In*, deeſt in B
30 *Papulis*, papulis *vbique* B
31 *Quae*, quae *loca* B
32 *Satis*, etiam A
33 *Ficotice*, Ricotia A
34 *VII*, VIII A
35 *Aceti*, acori A

 mi-

[36]miſcebis omnia contrita diligenter, et loca fricando curabis. Prius ſucco betarum, ſimi-
11 liter vt ſuperius, loca lauanda [37]erunt. [38]Aliud: ceruſſae vnc. III, [39]ſpumae argenti vnc. II, olei myrtei IV, ſulfuris *vivi [40]vnc. I: [41]ſucco [42]ſoluta [43]commiſcebis, et ſimili modo vteris. Non ſolum hoc capiti, [44]ſed quoque loco emergentibus exanthematibus prodeſt: *Apollonii* iudicio comprobatum.

## C. VII. *De alopecioſis.*

1 Contingit [1]haec in capite [2]duplex paſſio cadentium capillorum: vt aliquando defectu quodam cadant, et, nudando, [3]partem capitis turpent: et [4]aliquando, vt [5]eorum vlcerum, horridus plerumque viſus, occurrat. Er-
2 go defectus, vt prius diximus, [6]quum contigerit, [7]calviciem facit. [8]At foeditas [9]illa, [10a]vulpini vlceris ſimilitudinem quandam exhibet:

### *Variae Lectiones*

36 *Miſcebis*, miſces A
37 *Erunt*, ſunt A
38 *Aliud*, deeſt in A
39 *Spumae — IV*, deſunt haec in B
* vini A
40 *Vnc. I*, vnc. IIII B
41 *Succo*, deeſt in A. Succo betarum nempe, de quo mox (*ſ. 10*) fuit actum.
42 *Soluta*, ſolutas B
43 *Commiſcebis*, commiſces A
44 *Sed*, vel A
C. VII. 1 *Haec — capite*, verba haec deſunt in A
2 *Duplex*, dupliciter A
3 *Partes*, partem A
4 *Aliquando*, aliquoties A
5 *Eorum vlcerum*, illis veluti vulnerum A
6 *Quum contigerit*, cum contigere B
7 *Caluiciem facit*, caluicium faciunt B
8 *At*, deeſt in B
9 *Illa*, illa *vero* B
10a *Vulpini — ſimilitudinem; nexo* vulpini vulneris ſimilitudinem quandam exhibet A, *nexo* omittit *Aldus*, vulpini vlceris exhibet ſimilitudinem B

dein-

[11]deinde etiam ſerpentis [12]aliquando ſqua-
moſi ſuperficiem [13]mentitur. Vtrumque ge-
nus paſſionis foeditatem exhibet capillorum.
Sane haec paſſio comparanda eſt fructibus 3
ex malis ſuccis terrae naſcentibus, [14b]qui ſe
tales adſerunt, vt eſſe poterit qualitas nutri-
menti. Forte ſterilis terra cum fuerit, fru-
ctus cum raritate progenerat: ſin vero hu-
mor corruptus fuerit, fruges degeneres. Ad 4
hanc ergo formam etiam in capillorum vi-
tiis debemus advertere. [15]Talis enim erit eo-
rum poſitio, qualem qualitas oſtenderit ca-
pitis. Eſt ergo, [16]vtriſque accidentibus vi- 5
tiis, [17]manifeſta et aequalis origo naſcendi;
vnde ſimili curatione iuuari debebunt, licet
diuerſa [18]cognomina [19]ſortita ſint, ſui [20]ac-

*Variae Lectiones*

11 *Vt*, deinde A
12 *Aliquando*, deeſt A
13 *Mentitur*, mentiatur B
14*b* Loco: *Qui — degeneres Arg.* exhibet: "Hinc cauſſa aliquando eſſe poterit, qualitas nutrimenti: et ſi forte ſterilis terra fuerit, fructus cum raritate degenerat: ſin (Loco *ſin* adeſt *ſi* in B) vero humor corruptus, etiam fruges degenerant". Loco primi vocabuli *hinc*, exſtat *quorum* in ed. *Ald.* *Efferunt* pro *adferunt* coniectura eſt magni illius Critici *P. Burmanni Senioris*, cuius exemplar liberalitate Erudit iſſimi Viri Cel. *Io. Steph. Bernardi*, iam poſſideo.
15 *Talis — capitis*, poſitio qualis fuerit interior eius, talem in eo melioratum B
16 *Vtriſque accidentibus*, vtriusque accedentibus A
17 *Manifeſta — naſcendi*, manifeſtum, eſſe res qualis origo naſcendi: B
18 *Cognomina*, cognomenta A
19 *Sortita*, ſortitae B
19 *Pro*, abeſt in B
20 *Accidentium*, accidentis A

cidentium qualitate: vt *alopecia* [21]cognomentum vulpium, *ophiaſis* [22]a ſerpentum ſquamis, cognomentum [23]habuerit.
6 [24]Eſt namque huius paſſionis diſtantia, quae [25]profecto ex humorum colore originem cauſarum adteſtatur: vt [26]aliquando alba, aliquando rubra, aliquando etiam [27]ni-
7 grae videatur propior. [28]Purgantur adeo propriis purgationibus ſuis. Nam ſuadeo [29]prius totius corporis curam [30]diligentius decernendam, [31]quoad vlterius acerbi et corrupti humoris [32]pertinaciam, per inferiora [33]depoſitam, a capitis hactenus inquietudi-
8 ne [34]deuocemus. Sunt itaque, ſi de phlegmate cauſa vel origo [35]prouenerit, [36]apophlegmatiſmi adhibendi tales: pyrethrum, et [37]ſtaphys agria, cum granis [38]maſtiches, [39]aequis ponderibus mixta, [40]contuſa [41]adhibeantur;[42]aut ſal cum pulegio,[43]contri-

## *Variae Lectiones*

21 *Cognomentum vulpium*, ex cognomento vulpium A
22 *A ſerpentum*, ex ſerpentium A
23 *Habuerit*, accaeperit A
24 *Eſt namque*, haec tamen B
25 *Profecto*, praefertur B
26 *Aliquando alba*, deſunt in A
27 *Nigrae propior*, nigra videatur A
28 *Purgantur — ſuis*, et ſpatoli purgatione purgari debebit B
29 *Prius*, propriam A
30 *Diligentius*; *et* diligentiam A
31 *Quoad*, quod B
32 *Pertinaciam*, ſupernatatio B
33 *Depoſitam*, depoſita B
34 *Deuocemus*, deuocetur B
35 *Prouenerit*, peruenerit A
36 *Apophlegmatiſmi*, capiti phlegmatiſmi B
37 *Staphys agria*, ſtaphida agriam A
38 *Maſtiches*, deeſt in B
39 *Aequis*, aequalibus A
40 *Contuſa*; *et* contuſa A
41 *Adhibeantur*, adhibeas B
42 *Aut ſal*, et ſales A
43 *Contriti*, contrita B

ta,

ta, ſimiliter: et, cum oxymelle [44]mixta,
[45]ore diutius teneantur. Ergo quoniam ſin- 9
gula accidentia propriis ſuis purgationibus
liberantur, ſuperaddo purgationis genus,
quod in commune, ſine alterius humoris prae-
iudicio, operetur; [46]quo omne corpus, diuer-
ſis humoribus infeſtatum, [47]releuari poſſit:
[48]colocynthidos interiorum vnc. I, [49]aloes
vnc. [50]II, [51]ſcammoniae vnc. I, [52]abſinthii
vnc. I: omnibus [53]contritis cum ſucco cydo-
neorum, catapotia conficimus; quae pro qua-
litate corporis [54]atque cauſarum adhibeo.
Accipi autem debebunt, ſi [55]breui accidit,
[56]in modum lentis, aut VII, aut IX, aut certe
XI. Si [57]autem [58]cauſa nos, aut vetuſta aut 10
maior, exiget; cum aqua calida competen-
ti, intermiſſis etiam [59]diebus, [60]curam dabo,
[61]quae poſt ordinabitur. Poſt beneficia ita- 11
que harum purgationum, quae *toto corpori

*Variae Lectiones*

44 *Mixta*, ſic B et *Ald.* mixti *ſint*, *vt* A

45 *Ore*, deeſt in A

46 *Quo*, quod B

47 *Releuari*, releuare B

48 *Colocynthidos interiorum*, coloquintidos interionis B

49 *Aloes*, olei B

50 *II*, I A

51 *Scammonei — I*, ſcammonei vnc. II B

52 *Abſinthii*, miſce ſucum abſinthii B

53 *Contritis*, contritis *et mixtis* A

54 *Atque*, deeſt B

55 *Breuia*, breui A

56 *In modum; accidit* in modum A

57 *Autem*, abeſt in B

58 *Cauſa — exiget*, in anu aut homine vetuſto fuerit, maior cura exigitur, vnde A

59 *Diebus*, abeſt in B

60 *Curam*, abeſt ab A

61 *Quae*, quod A

* *Toto*, loco *toti*, in omnibus 3 editionibus inuenio.

prodeſſe [62]prius [63]poterunt, etiam particulis
haec ſunt adiutoria ſocianda: euphorbium
tritum cum oleo pro linimento [64]adhibea-
mus: aut oleum [65]laurinum ſolum: aut na-
ſturtii ſemen cum oleo: aut ſulfur vivum
cum nitro [66]combuſto, aequis ponderibus,
cum aceto: aut erucae [67]ſemen cum oleo;
aut urſinis adipibus tantummodo [68]confri-
12 cetur. Similiter etiam alcyonium combu-
ſtum, cum aceto vel cedria, operabitur. Hoc
etiam [69]murium fimus cum aceto: hoc amy-
gdala amara: hoc [70]cepae tritae cum oleo:
hoc rhaphani cortex cum melle contrita, fa-
13 cit. Nam etiam ferri purgatio cum aceto,
[71]vel hordeum combuſtum cum [72]murium fi-
14 mo et aceto, [73]curare poteſt. Omnes confe-
ctiones, quae mediocriter calefacere [74]poſ-
ſint, mediocribus et delicatioribus corpori-
bus, adhibendae ſunt. Prius [75]attamen loca
linteolo, vsque ad ruborem, ante curam,
[76]confricanda erunt; mediocriter, ne vulne-
rentur. Quae [77]vulnerabuntur; oleo roſeo,
vel adipibus anſerinis, [78]curanda [79]erunt.

### *Variae Lectiones*

62 *Prius*, plus B
63 *Poterunt*, potuerant A
64 *Adhibeamus*, adhibemus A
65 *Laurinum ſolum*, ſolum Laurinum A
66 *Combuſtum*, combuſto B
67 *Semen*, ſemine A
68 *Confricetur*, confrixentur A
69 *Murium*, murum B
70 *Cepae tritae*, cepe tritum A
71 *Vel hordeum*, ſic ordeum B
72 *Murium*, murum B
73 *Curare*, ſiccare A
74 *Poſſint*, poſſunt A
75 *Attamen*, ergo A
76 *Confricanda erunt*, confricentur A
77 *Vulnerabuntur*; *ſi* vulnerabuntur A
78 *Curanda*, recuranda A
79 *Erunt*, ſunt B

C.

## C. VIII. *De aurium [1]cauſatione.*

Aurium dolor [2]variis [3]frequenter [4]ex in- 1
commodis excitatur. Nam et [5]frigus, et
lauacrum importunum et quaſſatio eiusdem
cauernae, vel ſordium [6]conſpiſſatio, aut [7]al-
tior nerui tactus, [8]aut per longam aegritu-
dinem, [9]cum humor vitioſus [10]illuc [11]adgre-
gatus fuerit, aeque moleſtiam auribus [12]fa-
ciunt. Si de [13]frigore ergo auribus cauſatio 2
vel dolor emerſerit, in oleo cepas [14]coqui
facies, et tepidum infunde; aut piper tritum
cum oleo: ſimiliter [15]et rutaceum. Sic etiam
laurinum curat. Si de humore balnearum au- 3
res fuerint [16]intercluſae; oleum tepidum [17]in-
fundo, [18]et lana poſt molli eundem humo-
rem detergeo. [19]Nam et ceparum ſuccum,
cum anſerinis adipibus [20]mixtum, ſimiliter
immitto. [21]Sic et oui [22]albore cum lacte

### *Variae Lectiones*

C. VIII. 1 *Cauſatione*, curatione B
2 *Variis; et* variis A
3 *Frequenter*, ſemper B
4 *Ex incommodis*, incommodis B
5 *Frigus*, frigora A
6 *Conſpiſſatio*, conſpiratio A
7 *Altior — tactus*, altiores cauernae tactus B
8 *Aut per*, aut *ſi* per A
9 *Cum*, deeſt in A
10 *Illuc*, illic A
11 *Adgregatus fuerit*, aggregatur A
12 *Faciunt*, facit B
13 *Frigore — emerſerit*, frigoribus etiam dolentibus emerſerit A
14 *Coqui — infunde*, coqui facias tepido A
15 *Et rutaceum*, rutatum B
16 *Intercluſae*, inquietatae A
17 *Infundo*, infundito A
18 *Et — detergeo*, et poſtea lana mollito A
19 *Nam*, ſed A
20 *Mixtum—immitto*, mixtum: ſimiliter initio A
21 *Sic*, abeſt in A
22 *Albore*, alborem A

mu-

4 [23]muliebri [24]frequentius vtor. [25]Si vero etiam
dolor innatus fuerit, [26]baſilicon in nardino
oleo [27]ſolutum, [28]adhibebo: [29]et caſtoreum
cum lacte muliebri [30]ſimiliter. Vtile eſt in-
terea, [31]vt ſpongia molli vaporetur ex aquis
5 chalaſticis: [32]et poſt lana detergatur. [33]Sa-
ne ſi, cum illa indignatione doloris, etiam
deriuatio fuerit ſanioſa; alumen, melle et o-
leo reſolutum, infundito. Et galbanum in
6 oleo ſimiliter [34]reſolutum iniicito. [35]Ven-
tus vero ſi [36]intercluſerit, aphronitris in ace-
to reſolutis, excluditur. Hoc et draconteae
herbae ſuccus et centaureae facit. Si [37]vero
ſonare aures coeperint, [38]oxyrrhodino te-
7 pido curandae erunt. Si autem [39]idem ex ae-
gritudine ſonitus obuenerit; ex aqua primo
[40]vaporabis aures, in qua abſinthium Pon-

*Variae Lectiones*

23 *Muliebri*, mulieris A
24 *Frequentius vtor*, abeſt in A
25 *Si — etiam*, et ſi A
26 *Baſilicon*, abeſt in B
27 *Solutum*, ſolo eum B
28 *Adhibebo*, adhibeo A
29 *Et*, deeſt B
30 *Similiter*, ſimiliter *vtile eſt* B
31 *Vt — chalaſticis*, autem ſpongia mollis vapores aquae habeat B
32 *Et — detergatur*, def. B
33 Loco: *ſane — infundito*, habet B: *ſimiliter et poſt lutum infundo*: manifeſto errore. Vocabulum enim *lutum* ortum absque dubio traxit ex membranis laceris, in quibus e verbo *reſolutum* duae priores ſyllabae reſciſſae, vel alio modo ablatae, fuerant.
34 *Reſolutum iniicito*, def. B
35 *Ventus*, ventoſitas A
36 *Intercluſerit*, intercluſa erit A
37 *Vero*, abeſt in B
38 *Oxyrrhodino*, oxyrhodone A
39 *Idem*, hisdem B
40 *Vaporabis*, ſic B et *Ald.* vaporibus A

ti-

ticum coques; et continuo [41]oxyrrhodinum
[42]infundes, aut raphanorum [43]ſuccum cum
oleo, aut [44]hellebori nigri puluerem cum
aceto, aut ſolum acetum tepidum [45]cum mel-
le commixtum: aut porri ſuccum cum lacte
muliebri et oleo roſeo: aut amygdala ama-
ra cum aceto et oleo. [46]Et cepe et allium,
cum adipibus [47]anſerinis, profuit. Par etiam,
bouis [48]et porci fel infuſum, remedium [49]pro-
curabit. Si vulneratae aures fuerint, glau- 8
cium cum aceto contritum, [50]infundes; ſi ta-
men dolor non maior [51]fuerit, vel [52]etiam
humor: [53]nam ferri purgatio, cum aceto tri-
ta, [54]ſic iuuat. Si audire tardius coeperint, 9
quod difficile nouimus [55]poſſe purgari, pul-
uerem nitri, [56]maſtici contritum, commiſce:
et [57]maſſando caput purgabis. [58]Prius tamen
[59]ventrem purgatione procurabis. Auribus 10
vero abſinthii [60]herbae decoctionem tepe-

*Variae Lectiones*

41 *Oxyrrhodinum*, oxyrhodonem A Oxyrhodino B

42 *Infundes*, ſic B et *Ald.* infundis A

43 *Succum*, ſuco B

44 *Hellebori -- puluerem*, elleboro nigro: vel puluerem B

45 *Cum melle; aut* cum melle B

46 *Et cepe; hoc* et cepae A

47 *Anſerinis*, abeſt in A

48 *Et — fel*, vel porci felle A

49 *Procurabit*, procurauit B

50 *Infundes*, infunde A

51 *Fuerit*, fiat A

52 *Etiam*, abeſt in B

53 *Nam — purgatio*, lamina ferri purgati A

54 *Sic*, abeſt in A

55 *Poſſe purgari*, purgari poſſe A

56 *Maſtici contritum*, marini contriti A

57 *Maſſando*, antea A

58 *Prius tamen*, deinde A

59 *Ventrem — procurabis*, procurationem ventris procurabimus B

60 *Herbae — folia*, def. B

fa-

factam infunde. Lauri quoque folia et betarum,[61] cocta ſuperpone. Aliquando nitrum, in poſca reſolutum, infundimus: aut bouis, vel tauri aut caprarum [62] ſeu porcorum fel, cum oleo roſeo, [63] vel laurino. Vel rhaphanorum [64] ſuccus, ſimiliter [65] tepefactus, pro-
11 fuit. Quibus vermes innati fuerint, [66] bouis carnes in carbonibus [67] ſuperpone; [68] aut humorem ex hinc [69] manantem auribus tepidum frequenter [70] infundes.

## C. IX. *De parotidis.*

1 Tumores repentinos ſub auribus innatos parotidas vocamus: quas aliquando ex aegritudine, aliquando etiam [1] ſpontaneas ap-
2 paruiſſe cognouimus. [2] Quas frequenter per initia, [3] molli tantum ſpongia in [*] poſcula infuſa, [4] compeſcuimus; [5] eaſdem aſſidue [6] humectando. Quae vero ex aegritudine emergunt, aeque per initia, cucurbita mediocri impoſita, ad ſuperficiem prouocandae ſunt.
3 Si vero cum [7] grauiori augmento minaces

### *Variae Lectiones*

61 *Cocta ſuperpone*, decoctam ſuppone B
62 *Seu*, ſiue A
63 *Vel laurino*, ſic B et *Ald.* deeſt in A
64 *Succus*, ſucco A
65 *Tepefactus*, tepefactum A
66 *Bouis*, bouillas A
67 *Superpone*, ſuperpono B
68 *Aut*, et B
69 *Manantem*, manantem *collige, quem* A
70 *Infundes*, infundo B
C. IX. 1 *Spontaneas*, ſpontanee A
2 *Quas*, eaſdem A
3 *Molli tantum*, mollientes A
* *Poſcula*, puſcula A
4 *Compeſcuimus*, compeſcimus A
5 *Eaſdem*, deeſt A
6 *Humectando*, commotando A
7 *Grauiori*, grauiore B

ac-

acceſſerint, tunc neque cucurbitae, neque
ſimilia adiutoria, quae ex altitudine aliquid
euocare poſſint, adhibenda ſunt. Frequenter
[8]enim, ex doloris [9]nimietate, febres et vigi-
tiae procuratae, [10]elimatis viribus, vitae pe-
riculum [11]adtulerunt. Paregoricis vero [12]his- 4
dem adiutoriis, ſic morigerandum erit, vt ex
pane mundo, infuſo [13]contritoque cum oleo,
cataplasmentur: quod frequentius [14]mutari
debet. Similiter etiam [15]de tritici pollinibus
faciendum eſt. Sic de hordei, ſuperadditis
tamen porcorum adipibus. Sic [16]hyoſcya-
mum tritum cum butyro [17]ſaepe profuit. Si, 5
[18]his adhibitis, quae mitigare [19]conſuerunt,
locis [20]maturatis, ſanies apparuerit manifeſta
(quod ille ait): [21]*Continuo culpam ferro com-
peſce.* Poſt vero, [22]reſeratis cauſis, vulneri-
bus ſollemni diligentia [23]ſeruiemus: curatio-

## *Variae Lectiones*

8 *Enim*, etenim B
9 *Nimietate*, acerbitate A
10 *Elimatis*, eliminatis A
11 *Adtulerunt*, intulerunt A
12 *Iisdem*, hisdem B
13 *Contritoque cum oleo; et* cum oleo contrito B *contritoque*, omiſſis verbis, *et cum oleo* A
14 *Mutari*, immutari B
15 *De; et* de B
16 *Hyoſcyamum tritum*, oryza mutata A
17 *Saepe profuit*, abeſt in A
18 *His*, autem iis A
19 *Conſuerunt*, conſueuerunt A
20 *Maturatis; iam* maturatis A
21 *Continuo — compeſce*, ex *Virgil. Georg.* III v. 468 pag. 434, tom. I ed. *Burm.* mai. 1746 in4.
22 *Reſeratis*, reſecatis A
23 Loco: *Seruiemus — penitus*, *Baſil.* ſequentia exhibet: Serviemus, ſed vt tamen hisdem curis euocatas extenuantibus quam maxime etiam nunc medicinae incumbat induſtria: frequentibus etiam fomentationibus, vt doloris illius penitus.

ni-

nibus tamen euacuaturis, et extenuantibus.
Ad hoc maxime etiam tunc medicinae in-
cumbat induſtria: vt frequentibus etiam fo-
mentationibus doloris[24]illius penitus inquie-
6 tudo quieſcat. Sunt [25]autem adiutoria [26]euo-
catoria haec, quae poſt doloris impetus ad-
hibenda ſunt: [27]arnogloſſa contrita cum
ſalibus, aut lapatii [28]radicibus in vino [29]de-
coctis; et rutae folia [30]viridis trita, [31]mixta
cum cerotario, [32]ex oleo roſeo [33]temperato;
et ſulſur vivum cum [34]cimoliae aequis pon-
deribus, [35]iuncta axungia. Sic fici pingues,
[36]in muria [37]decoctae et contritae, ſimiliter
7 cauſas latentes [38]euocauerunt. Quibus [39]ve-
ro per ſaniem digeſtionem volumus procu-
rari;poſt fomentum aquarum chalaſticarum,
ex ſeminibus [40]lini, [41]foenigraeci, [42]e viſco
et hordei pollinibus, [43]cum [44]melicrato fa-
8 ctum cataplasma, adhibeamus. Sunt namque

## *Variae Lectiones*

24 *Illius*, illis A
25 *Autem*, defic. B.
26 *Euocatoria*, abeſt in B
27 *Arnogloſſa*, arnogloſſos B
28 *Radices*, radicibus A
29 *Decoctis*, decoctae A
30 *Viridis*, viridia A
31 *Mixta; ac* mixta A
32 *Ex*, et A
33 *Temperato*, temperata A
34 *Cimoliae*, cymolia A
35 *Iuncta*, cum B
36 *In muria*, def. B
37 *Decoctae et contritae*, decocti et contriti A
38 *Euocauere*, euocauerunt B
39 *Vero — ſaniem*, in principio haec adhibenda ſunt adiutoria, quando per ſaniem A
40 *Lini*, mendoſe lini *ſeminis* exhibet B, quum verbum, *ſeminibus*, immediate praeceſſerit.
41 *Foenigraeci; vel* foenogreci A
42 *E viſco*, abeſt in A
43 *Cum*, ex B
44 *Melicrato — adhibeamus*, mellicrato facto cataplasmate ſeruiemus A

ad-

adiutoria, quae et euocare, et [45]in maturitatem cogere parotidas vel apoſtemata valeant, [46]haec: hordei farina cum melicrato, aliquando etiam cum aqua marina et oleo roſeo [47]aut cyprino, [48]temperata; et fici ſimiliter pingues, in muria vel in aqua marina [49]decoctae et contritae, imponuntur: et betae coctae in aqua, [50]contritae, ſimiliter [51]operantur: et agreſtis [52]cucumeris radix, [53]in melicrato cocta et contrita, adhibetur. Ali- 9
ud [54]experimentum: [55]rutam et hyſopum [56]teres [57]aequis ponderibus, et [58]fico ſiccae, contuſum, ſub duplo [59]ponderis, immiſcebis, mellis quidpiam adiiciendo; [60]et operabitur, vt [61]apoſtemata ex interioribus [62]in maturitatem [63]facilius [64]prouocentur. Aliud. Cap- 10
paris corticem in aqua elixa, et cum vino

## *Variae Lectiones*

45 *In*, ad A
46 *Haec*, abeſt in A
47 *Aut cyprino*, ſic B et *Ald.* abeſt in A
48 *Temperata*, temperatum cataplasma adhibetur A
49 *Decoctae et contritae*, decocti et contriti A
50 *Contritae; et* contritae A
51 *Operantur*, ſic B et *Ald.* temperantur A
52 *Cucumeris*, def. B
53 *In*, ſic B
54 *Experimentum*, de experimentis A
55 *Rutam et hyſopum*, rutam, opium B. Opium absque dubio, motus admodum hic neceſſarios peſſumdando, apoſtemata ex interioribus haud euocaret.
56 *Teres*, teris A
57 *Aequis; ſub* aequis B
58 *Fico — contuſum*, ficus ſiccos contuſos A
59 *Ponderis immiſcebis*, pondere commiſces A
60 *Et*, id ipſum A
61 *Apoſtemata*, apoſtema A
62 *In*, ad A
63 *Facilius*, deeſt in A
64 *Prouocentur*, ſic B et *Ald.* procuretur A

[65]commiſce; [66]vt cataplasma [67]facias. Aliud: [68]ireos Illyricae puluerem cum hordei farina in melicrato coques et vteris. Aliud: guttam [69]ammoniaci teres, et ſimiliter cum farina hordei in aqua cocta adhibebis. Hoc et alumen ſciſſum contuſum, cum hordei farina [70]ſimiliter faciet.

## C. X. [1]*De furunculis.*

1 Sulfur viuum, [2]tuſum, cum reſina terebin-
thina [3]miſcebis, et [4]linteolo inductum
[5]impones: aut vuam paſſam enucleatam [6]tun-
des, et mediam quantitatem ſalis [7]immiſce-
2 bis; et [8]vteris ſimiliter. [9]Vt facilius [10]erum-
pant, ſoli adipes caprini, vel bubuli colati
efficiunt. Origanum vero, myrrha et [11]ſal,
ſimul tuſa, [12]et commixta cum aqua, conti-
nuo [13]ad maturitatem [14]perducunt: [15]et cari-
3 cae contuſae cum reſina [16]ſimiliter. [17]Cum

### *Variae Lectiones*

65 *Commiſce*, commiſces A
66 *Vt*, et A
67 *Facias*, facis A
68 *Ireos*, irios B
69 *Ammoniaci*, ammoniacam A
70 *Similiter*, abeſt in A

C. X. 1 *Furunculis*, ferbunculis *vbique naſcentibus* B
2 *Tuſum*, tunſum B
3 *Miſcebis*, miſces A
4 *Linteolo; in lineo* lintheolo A
5 *Impones*, imponis A
6 *Tundes*, abeſt in B
7 *Immiſcebis*, immiſces A
8 *Vteris*, teres B
9 *Vt*, hoc B
10 *Erumpant ſoli*, def. B
11 *Sal — tuſa*, ſales ſimul tunſi B
12 *Et commixta*, commixti B
13 *Ad*, in B
14 *Perducunt*, adducunt B
15 *Et; nam* et B
16 *Similiter*, deeſt in A
17 *Cum vero*, deinde cum A

ve-

vero, [18a]his adiutoriis adhibitis, collectiones
[19]maturatae eruperint, [20]aut a medicis fue-
rint patefactae; [21]vlceribus [22]medebere his
medicamentis, [23]quae [24]ſollemnis edocuit
conſuetudo. Sin vero, [25]magna vi rheuma- 4
tis ſuperueniente, [26]ſoluere non potueris
[27]furunculos, vel [28]parotidas; [29]et, calloſita-
te permanente, choeradas fecerit [30]duriores;
[31]tunc [32]choeradis his, alia [33]diſpoſitione, pro
ſui difficultate, curam et operam [34]propen-
ſius [35]adhibeamus.

## *Variae Lectiones*

18a *His*, hiis A, iis *Aldus*, qui vbique, loco *hiis*, *hiisdem*, *hisdem* exhibet *iis*, *iisdem*.

19 *Maturatae*, maturatae *aut coactae* B

20 *Aut — patefactae*, deſunt haec in A

21 *Vlceribus*, vulneribus A

22 *Medebere*, medeberis A

23 *Quae*, quae *medicorum* B

24 *Sollemnis*, ſolenniter B

25 *Magna — ſuperuenien-te*, magno flegmate ſuperueniente A

26 *Soluere non potueris*, ſolui non potuerit A

27 *Furunculos*, furunculus A cum *Aldo*, ferbunculos B

28 *Parotidas*, parotida A

29 *Et*, ſed A

30 *Duriores; ad* duriores A

31 *Tunc*, abeſt in A

32 *Choeradis his*, choeradas A

33 *Diſpoſitione*, diſputatione A

34 *Propenſius*, deeſt in A

35 *Adhibeamus*, adhibebimus A

## C. XI. [1] *De Choeradis, de Rheumate collecto.*

1 [2] Choeradas, inquam, quas frequenter in collo, vel ſub mento, vel ſub axillis, naſci nouimus, hac cura viſitamus; qua durities

### *Variae Lectiones*

C. XI. 1 Poſt verbum capituli praecedentis vltimum : *adhibebimus*, nulla in caput diſtinctio obſeruatur in edit. *Argentoratenſi*; aſt in *Baſileenſi* vndecimum hoc in loco initium capit, in frontiſpitio eam gerens, quam dedimus, inſcriptionem; quum in edit. *Argent.* caput hoc vndecimum, continuationem tantum conſtituat decimi.

2 Quam primae huius capitis periodi partem exhibet antecedentem, cum *Argentoratenſi*, noſtra editio : ea poſteriorem eiusdem periodi locum occupat in editione *Baſileenſi*. Verum minus commode : introitum enim illa pars, vt ita dicam, conſtituit ad integram huius capituli pertractationem. Quo vero melius pateſcat, et ordo concinnior, et lectionum diſcrepantia; adiiciemus verba primae ſectionis, editionis vtriusque: notatis, diuerſo characterum genere, lectionibus diſſentientibus.

*Argentoratenſis* nimirum editio (qua cum ex toto conſentit *Aldina*), quam maxima ex parte ſequimur, textum ſequenti profert modo: "Choeradas, quas frequenter in collo, vel ſub mento, vel ſub *aſcellis*, naſci nouimus, hac cura viſitamus, qua duricies indigeſtibiles ſoluere *poſſimus: vt* praeeuntibus catholicis adiutoriis, quae et capitis reuma conſtringere, et corpus reliquum catharticis purgare poſſint, ſic easdem ſoluere valeamus".

*Baſileenſis* vero hunc ob oculos ponit textum: "praeeuntibus catholicis adiutoriis, quae et capitis reuma conſtringere, et corpus reliquum catharticis purgare poſſint, ſic easdem *curare conſueuimus*. Choeradas *inquam*, quas frequenter in col-

in-

indigeſtibiles ſoluere valeamus. Praeeuntibus catholicis adiutoriis, quae et capitis rheuma conſtringere, et corpus reliquum catharticis purgare poſſint; ſic easdem curare conſueuimus. Lenticulam coctam in 2
aceto tritam [3]imponentes, perſeueremus. Vtamur etiam [4]caprificis, in aqua decoctis et contritis. [5]Similiter etiam [6]lupini, in aceto cocti, faciunt. [7]Hoc fici folia in aqua cocta, et trita, ſicut [8]cataplasma. Hoc aſphodeli radices in vino [9]decoctae. Scilla quo- 3
que, [10]ſi contrita in vicem cataplasmatis imponatur, quatuor diebus permanens continuis, [11]duritiam ſoluit. Et erui [12]puluis et cymini cum aceto conteritur, et ſimiliter operatur. [13]Immaturis vero, et in tarda [14]du- 4
ritie [15]permanentibus; [16]praſſii viridis folia, porcinos aut bubulos adipes, rutam aeque viridem, ſimul omnia contundi, et [17a]miſceri

## *Variae Lectiones*

lo, vel ſub mento, vel ſub *axillis* naſci nouimus, hac cura viſitamus, qua duricias indigeſtibiles ſoluere valeamus".

3 *Imponentes*, imponere A

4 *Caprificis— decoctis*, caprificus in aqua decoctas et contritas B

5 *Similiter*, ſimiliter *hoc* B

6 *Lupini; et* lupini B

7 *Hoc*, hoc *modo* B

8 *Cataplasma*, cataplasma *operabuntur* B

9 *Decoctae*, tinctae A

10 *Si*, ſic B

11 *Duritiam*, duricias A

12 *Puluis — conteritur*, puluis cum aceto et cyminum conteritur A

13 *Immaturis*, immaturas A

14 *Duritie*, duritia B

15 *Permanentibus*, permanentes A

16 *Praſſii*; *per* praſſii A Strychni B, per praſſii *Aldus*

17a *Miſceri*, inmiſci A immiſceri *Aldus*



ſua-

ſuadeo: vt in [18]linteo locis maturandis [19]ad-
5 hibeantur. Hoc etiam ſordes de parietibus
palaeſtrae collectae, in panno inductae, fa-
ciunt. Hoc calcis flos, cerotario mixtus, fa-
cit. Hoc lapis molaris, [20]tuſus [21]et cribella-
6 tus, et reſinae [22]commixtus. [23]Similiter pul-
uis ammoniaci et [24]mannae thuris, cum reſi-
na commixtus terebinthina, ſaniem matu-
7 rius [25b]prouocabit. Sic ſandaracae puluerem,
cum adipibus miſcentes, [26]adhibemus; aut
8 calcem viuam cum adipibus ſimiliter. Quod
ſi tibi [27]durum emplaſtrum viſum fuerit, o-
leum [28]competens miſceamus; vt [29]tempe-
rari bene poſſit. [30]Hoc puluis etiam pumicis
9 [31]facit. [32]Et aſphodeli radices, coctae vel
crudae, cum hordei [33]polline, vt cataplasma
adhibendae erunt; aut hyoſcyami folia cum
oxymelle. [34]Corrumpentur interea faciliuſ-
ue putrefient choerades, ſi allium tritum cum
cataplasmate, ſeminibus mixtum, coquas,

## *Variae Lectiones*

18 *Linteo*, lintheolo A
19 *Adhibeantur*, adhibeatur A
20 *Tuſus*, tunſus B
21 *Et cribellatus*, ſic B et *Ald.* deſunt in A.
22 *Commixtus*, commixtus *facit* B
23 *Similiter*, ſic A
24 *Mannae*, manna A
25b *Prouocabit*, ſic B, procurabit A, procurabitur *Aldus*.
26 *Adhibemus*, adhibeamus B
27 *Durum*, abeſt in B: ſenſu tamen id poſtulante.
28 *Competens*, competenter B
29 *Temperari*, temperare B
30 *Hoc*, ſic A
31 *Facit*, deeſt in A
32 *Et*; *nam* et B
33 *Polline*, pollinibus A
34 *Corrumpentur* — *choerades*, erronee legit A corrum*punt* interea vel putre*faciunt* choeradas. Si &c.

et

et perſeuerare permittas diebus [35]continuis quinque: hoc de expertis habemus. Aut ſi, [36]chamaeleontis herbae radicibus tuſis, pulluerem locis [37c]aſpergas; aut [38]betas coctas, [39]cum oleo [40]tritas, [41]imponas. Aliqui etiam, 10
vnctionibus perſeuerantes, [42]choerades [43]frequentius [44]fugarunt. [45]Leporem piſcem in oleo infunde, vt ibidem putrefiat: ex quo oleo, ſcrophas cum frequentius inunxeris, minoratae penitus curabuntur. [46]Et cineres, 11
aut vitium aut fici, cum oleo miſcentes, vnxere: [47]et ferri vel aeraminis purgamenta, contrita cum oleo. [48]Ignoranti eſcam dabis 12
lacertos virides coctos: amputato caput et pedes. [49]Similiter et ſtercus bubulum aut 13
aſini combuſtum, et cum oleo [50]mixtum, commodius adhibetur. Et origani puluis, contritus cum aceto, [51]idem facit. [52]Hoc [53]hyſopi, [54]hoc thymi, vel abſinthii, vel

*Variae Lectiones*

35 *Continuis*, abeſt in A
36 *Chamaeleontis; ex* chamaeleontis B
37c *Aſpergas*, ſic B, aſperis A aſperſeris *Aldus.*
38 *Betas; ſi* betas A
39 *Cum; et* cum B
40 *Tritas*, contritas A
41 *Imponas*, impoſueris A
42 *Choerades*, choeradas A
43 *Frequentius*, frequenter A
44 *Fugarunt*, fugauere B
45 *Leporem — curabuntur*, tota haec periodus, gloſſema redolens, deeſt in A
46 *Et cineres — vnxere*, ſic vt cineribus aut vitium, aut ficis cum oleo mixtis vngerent A
47 *Et; ſed* et A
48 *Ignoranti — pedes*, ſic B cum *Aldo*, abeſt in A
49 *Similiter; nam* ſimiliter B
50 *Mixtum; ſimiliter* mixtum B
51 *Idem facit*, facit hoc B
52 *Hoc*, abeſt in B
53 *Hyſopi*, hyſopi *optimi* B
54 *Hoc thymi*, abeſt in B

[55]centaureae, vel abrotani, vel [56]chamelaeae, aut ſingulae, aut[57]certae coniunctae,[58]et mix-
14 tae cum aceto, perficiunt. [59]Iuuat ſane, vt ſuperius [60]memorauimus, ad haec implenda, etiam totius corporis [61]purgatorium [62]catholicum beneficium, [63]et ciborum continentia,
15 et [64]potionis; [65]exercitia quoque, et lauacrorum [66]diligentia, et vomitus, vel purgationes, capillorum releuatio, ſanguis de naribus prouocatus. [67]Haec omnia choeradas duras, et difficiles, et in cura poſitas, [68]frequentius curauere.

## C. XII. *De oculorum [1]cauſis.*

1 Omnes particulae [2]corporis propriis indigent curationibus; [3]oculi quam maxime,
2 magna corporis ornamenta. [4a]Hi namque [5]primo leuiter, ſeu vapore ſeu frigore, vel ceteris [6]quibusuis originibus, [7]cum fuerint

### *Variae Lectiones*

55 *Centaureae*, centauriae B
56 *Chamelaeae*, camomillae B
57 *Certae*, certe B
58 *Et mixtae*, deeſt in B
59 *Iuuat*, iuuant A
60 *Memorauimus*, memoraui B
61 *Purgatorium*, purgatoria A
62 *Catholicum beneficium*, catholica beneficia A
63 *Et: nam* et A
64 *Potionis*, potiones iuuant: B
65 *Exercitia*, exercitatio B
66 *Diligentia*, diligentiae A
67 *Haec omnia*, haec omnia *cautius obſeruata* B
68 *Frequentius curauere*, adiuuerunt A
C. XII. 1 *Cauſis*, cauſis *diuerſis* B
2 *Corporis*, corporum B
3 *Oculi — ornamenta*, oculi autem curationes multae magnaeque ſunt A
4a *Hi*, hii A, his B, Ii *Aldus*
5 *Primo; quum* primo A
6 *Quibusuis*, quibusque B
7 *Cum*, deeſt A, illi *quum* (Nro. 5) reſpondens.

ad-

adtentati; [8]generaliter omnibus, [9]frequenti
frigidae [10]poſculae fomentatione, nos [11]con-
ueniet [b]obuiare. Si de frigore ergo obue- 3
nerit, vini [12]mixta calida potione, fouendi
ſunt. [13]Nimiis vero commotionibus, tam
[14]doloris quam grauedinis, [15]quando etiam
venae frontis inflatae, plenitudinem ſangui-
nis adteſtabuntur, [16c]phlebotomo [17]ſubueni-
re [18]conueniet: ſi tamen nulla, [19]aut aetatis,
aut temporis, vel reliquarum cauſarum, cer-
ta ratio prohibuerit. Si venter conſtrictus 4
fuerit; [20]ſeu clyſtere, ſeu purgatione, [21]pro-
uocandus eſt. [22]Iisdem vero oculis impa- 5
tienter dolentibus, [23]praeeuntibus catholicis
adiutoriis ſupra dictis, foenigraeci ſuccus
[24]palmarum indulcatus decoctione, aut oui
recentis tenuis liquor [25]tepidus, infundatur.

## *Variae Lectiones*

8 *Generaliter omnibus*, deeſt A

9 *Frequenti*, frequenter A

10 *Poſculae*, puſtulae A

11 *Conueniet*, conuenit A

*b obuiare*, ſic A et B, obuiari *Aldus*.

12 *Mixta*, mixti A

13 *Nimiis*, quibus A

14 *Doloris — grauedinis*, doloribus quam grauedinibus B

15 *Quando*, aliquando A

16c *Phlebotomo; hiis* phlobotomo A, *iis* phlebotomo *Aldus*.

17 *Subuenire; nos* ſubuenire B

18 *Conueniet*, conuenit A

19 *Aut*, *nos* aut B

20 *Seu*, def. A

21 *Prouocandus*, procurandus B

22 *Iisdem*, hisdem B

23 *Praeeuntibus — ſupradictis*, omittuntur haec omnia haud bene in A: omnino enim topicum remedium praecedere adiutorium, v. g. purgans, debet.

24 *Palmarum — decoctione*, plurimarum indulcatus decoctionum B

25 *Tepidus*, ſic B et *Aldus*, abeſt in A

6 [26]Similiter etiam lac muliebre [27]infuſum iu-
uat. [28]Eſt etiam cataplaſmatis vtiliſſimum
adiutorium, [29]quod de oui [30]vitello, et me-
liloti puluere, pane quoque infuſo in aqua,
[31]oleo roſeo ſimul mixto, [32]adhibetur. Nos
etiam croci et opii [33]quippiam coniungimus.
7 Si vero collyrii experimento vti placet, cu-
ius [34]ſorte probationem [35]habueris; in ipſis
commotionibus, cum oui albore, [36]tepidum
[37]infundendum ſuadeo: [38]attamen, [39]vt aut
dialibanum, aut [40d]libanum, aptum contra
graues commotiones, adhibeamus; praemun-
datis interea oculis, molli et tepido penicillo,
a pituitis, [41]aegri tunc oculis inhaerentibus:
[42]iuuatis ciborum continentia et vini detra-
8 ctione. Sane ſi capilli [43]nimium oneroſi fuerint,
[44]detondendus eſt; vt, ſub maiori beneficio
cucurbitarum [45]adhibitarum, [46]ſanguinis de-

*Variae Lectiones*

26 *Similiter; ſic* ſimiliter B
27 *Infuſum*, ſic B cum *Aldo*, def. A
28 *Eſt*, nam B
29 *Quod*, deeſt in B
30 *Vitello; incocto* vitello B
31 *Oleo; et* oleo A
32 *Adhibetur*, adhibendum eſt B
33 *Quippiam*, ad procurandos ſomnos B
34 *Forte*, deeſt A
35 *Habueris*, habeas A
36 *Tepidum*, tepido B
37 *Infundendum*, infundendum *eſſe* B
38 *Attamen*, ita tamen A
39 *Vt*, deeſt B
40*d* *Libanum aptum*, de libano, apto, A apto de libano *Aldus*
41 *Aegri tunc*, aegrotis A
42 *Iuuatis — detractione*, iuuat hunc ciborum et vini quam maxime continentia B
43 *Nimium*, nimis A
44 *Detondendus eſt (ſc.* aeger*)*, detondendi ſunt A
45 *Adhibitarum*, adhibitione A
46 *Sanguinis; et* ſanguinis A

tra-

tractione [47]facilius [48]liberetur. [49]Aeſtiuas namque perturbationes oculorum, etiam decoctio roſarum ſola curat calida. Curat etiam [50]gargariſma, [51]per initia [52]adhibendum: [53]origani in aceto decoctio. 9

[54]Si autem, declinantibus [55]doloribus, quidam tumor circa interiorem [56e]angulum apparuerit, quem [57]hypopium dicimus; hoc modo [58]reprimendus erit: poſca frigida [59]per initia frequenter infrigidetur; poſt vero, pollinibus hordei [60]in oxymelle coctis, cataplasmetur. Similiter etiam [61]de lenticulae pollinibus fiat. 10

[62f]Flos tritus aeris in lotio inueſtis pueri [63]per VII dies, [64]poſtquam ſiccauerit, ex [65]eo puluere, melle mixto, [66g]impoſito, competens beneficium praeſtat. 11

Nam et caſeus recens tritus [67]impoſitus, ſaepe illum tumorem [68]repreſ- 12

*Variae Lectiones*

47 *Facilius*, ſic B et *Ald.*, abeſt in A
48 *Liberetur*, liberentur A
49 *Aeſtiuas*, aeſtibus B
50 *Gargariſma*, gargariſmatum B
51 *Per; cum* per A
52 *Adhibendum*, adhibetur A
53 *Origani — decoctio*, tale. Origani in aceto decocti. B
54 *Si*, cum B
55 *Doloribus*, deeſt A
56*e* *Angulum*, oculorum partem A, oculorum angulum *Ald.*
57 *Hypopium*, yppium B
58 *Reprimendus*, reprimendum B
59 *Per initia*, deeſt A
60 *In*, ex A
61 *De*; *et* de B
62*f* *Flos — aeris*, aeris flos tritus A. Aeris flos, tritus *et infuſus*, *Ald.*
63 *Per*, deeſt in B
64 *Poſtquam ſiccauerit*, ſic B et *Ald.* *quod* poſtquam ſiccauerit A
65 *Eo*, oleo B
66*g* *Impoſitus; loco* impoſitus B, impoſito *Aldus*
67 *Impoſitus*; *et* impoſitus A
68 *Repreſſit*, oppreſſit B

ſit:

ſit: et abſinthii herbae puluis cum cerotario, hoc idem facit. [69]Sic *ex [70]moro pingui [71]locum primo foueamus. [72]Sic etiam cyclaminum, cum vua paſſa commixtum et contritum, curat. Et bulbi candidi cum melle [73]contriti, ſimiliter [74]operantur. Sic raphanorum cortex cum vua paſſa medetur. Sic [75]et roſae folia, cum felle [76]taurino vel porcino. Sic fici pingues, in [77]muria coctae,
13 [78]ſaepius [79h]profuere. Ad repentinas autem ſanguineas maculas oculis inhaerentes, flores vel ſemen hyſopi herbae, in limpido linteolo conligabis, et in aqua calida [80]infundes, et agitando [81]exſiccabis; qui ſuccus [82]veluti ſanguineus [83]fiet: ex quo, infundendo, illas ſanguineas maculas depurgamus. Poſtea thure maſculo et [84]alphita, aequis ponderibus, [85]carbonibus impoſitis, fumigandi ſunt.
14 Si vero [86]caeſi, [87]aut percuſſi, hanc maculam ſanguineam cum dolore [88]procurarint; his

## *Variae Lectiones*

69 *Sic*, ſi A
**Ex*, et B
70 *Moro*, mora B
71 *Locum*, loco A
72 *Sic etiam*, e, tiam A
73 *Contriti*, contritum B
74 *Operantur*, operatur B
75 *Et roſae*, erucae B
76 *Taurino vel*, omittit B
77 *Muria*, moro A
78 *Saepius*, ſaepe B
79*h* *Profuere*, profuerunt A, profuerint *Aldus*
80 *Infundes*, ſic B et *Ald.* infundis A
81 *Exſiccabis*, exucabis B
82 *Veluti*, velut A
83 *Fiet*, fit B
84 *Alphita*, aphita A, alphitis B, i. e. polenta: ab ἄλφι, ἄλφιτον, conf. *Theodori Diaetae* cap. I. *Ed. Hal. Schreineri* 1632. 8, vbi haec verba: "polentae, quam Graeci *alphitam* appellant".
85 *Carbonibus*, carboſibus A error typogr.
86 *Caeſi*, caedis B
87 *Aut percuſſi*, percuſſus B
88 *Procurarint*, procuret B

co-

columbi, [89]matri ſubducti, repentinus ſan-
guis infuſus prodeſt; quam maxime, ſi de
[90]pinnis mollioribus [91]prouocetur. [92]Et oui
liquor tepidus infundendus eſt. [93]Item, ſi in
[94]eadem hora, ouium lana infuſa, [95]ſuper-
imponatur. [96]Hoc puluis roſarum facit, vel 15
[97]ſemen [98]eius cum [99]alphitis; ſi [100] cum vi-
no conteratur, et [101]ſimiliter adhibeatur. His
etiam [102]ex euphorbio fumigium [103]prodeſt,
ſi [104]idem fumus patentibus oculis hauriatur.
Si oculi [105]rheumatidiauerint, quod grauiſſi- 16
mum eſt taedium oculorum; his vini et car-
nium parcitas indicenda eſt. Ventris purga-
tio frequenter ſiat, et poſca frigida [106]oculi
foueantur; et aeris [107]flore, in eadem poſca,
[108]reſoluto. Odores acres et [109]putentes ef-
fugiant: lucernarum, vel ſolis [110]claritudi-

*Variae Lectiones*

89 *Matri*, matre A
90 *Pinnis*, pennis A
91 *Prouocetur*, exprimatur A
92 *Et — infundendus*, vbi liquor tenuis tepidus infudendus A
93 *Item*, et B
94 *Eadem hora ouium*, eundem oui humorem B
95 *Superimponatur*, ſuperponatur A
96 *Hoc*, idem A
97 *Semen*, ſeminis B
98 *Eius*, earum A
99 *Alphitis*, aphitis A conf. n. 84.
100 *Cum*, in A
101 *Et — adhibeatur*, et ſuperimponatur A
102 *Ex euphorbio*, et ſulphuris viui A
103 *Prodeſt*; *ſatis* prodeſt B
104 *Idem*, in hisdem B
105 *Rheumatidiauerint*, reumatizauerint A
106 *Oculi foueantur*, oculos foueant B
107 *Flore*, flos A
108 *Reſoluto*, reſolutus, *ſatis iuuat* A
109 *Putentes*, potentes B
110 *Claritudinem*, claritudines A

nem

nem vitent. Fumi, vel pulueris declinent commotiones; in [111]nocte vero, aqua frigida vel vino inſuſas [112]lanas, [113i]ſuperimponant,
17 [114]molli faſciola continendas. Si, his adhibitis, rheuma cum dolore perſeuerauerit, phlebotomandi ſunt. Ciborum vel potus continentia cuſtodienda erit. Sitire [115]enim omnibus [116]rheumatidiantibus ſatis prodeſt. [117]Fronti vero [118]pampinorum viridia folia frequenter [119]imponantur. Similiter et de [120]rubi foliis. Nam et ſuccus [121]eorum, frequenter fronti inlinitus, [122]profuit; et [123]ſampſuchi folia, et [124]cydoniorum, et [125]portu-
18 lacae. [126]Nam [127]et caſeus recens, cum apiorum foliis [128]contritus, impoſitus, ſaepe oculos liberauit: et panis mundus, vino inſuſus:

## *Variae Lectiones*

111 *Nocte*, noctem B
112 *Lanas*, deeſt A
113*i* *Superimponant*, ſuperimponis A, ſuperimpones *Aldus*
114 *Molli — continendas*, faſciolas molles iisque continendo oculos lauas A
115 *Enim*, etenim A
116 *Rheumatidiantibus*, reumatizantibus A
117 *Fronti*, circa frontem B
118 *Pampinorum*, peponum A
119 *Imponantur*, poſt hanc vocem addit B *et immutentur*, aſt perperam; quod enim frequenter imponitur, eo ipſo et immutatur.
120 *Rubi*, rapi A
121 *Eorum*, earum A
122 *Profuit*, deficit A
123 *Sampſuchi*, ſambuci A
124 *Cydoniorum*, citoniorum A
125 Poſt verbum, *portulacae*, exhibet A "ſimiliter, et ex his cum aphitis et vini cataplaſmate ſaepe curati ſunt".
126 *Nam*, deeſt A
127 *Et caſeus — foliis*, omittit B
128 *Contritus impoſitus*, contritis impoſitis A

et

et cum oleo roſeo [129]tritus, par beneficium praeſtitit. [130]Omnes ſpecies ſupradictae, generaliter, quae oculis [131]rheumatidiantibus [132]ordinatae ſunt, cum vino et [133]alphitis, ſemper in cataplasmate, [134]profuere; et decoctiones earum, quibus ſaepe oculi fomentandi ſunt. Sane ſi [135]calidum ſenſerint rheumatismum, [136]ex caulium foliis et alphitis cum aqua, cataplasmandi ſunt. Sic de ocimo, ſic de [137]ſampſucho, ſic de agreſti papauere, ſic [138]de cicutae ſucco, ſic [139]pulicaris, vel apiorum, vel [140]ſtrychni. Si [141]vero ſic- 19
citas palpebrarum emerſerit; linteolum mundum, butyro infuſum, ſuperimponito. [142]Aliquibus vero [143]conuenit, humorem [144]procurare per lacrymas; [145k]quas aut fumo, aut

*Variae Lectiones*

129 *Contritus*, tritus A
130 *Omnes — ſupradictae*, omnium ſpecierum ſupradictarum B
131 *Rheumatidiantibus*, reumatizantibus A
132 *Ordinatae*, ordinata B
133 *Alphitis*, aphitis A NB. erronee haec, paucis mutatis, leguntur in *ed. Arg.* ſupra 130.
134 *Profuere*, profuerunt A
135 *Calidum — rheumatismum*, calidus fuerit reumatismus A
136 *Ex*, et B
137 *Sampſucho*, ſamſuco A ſampſuco B, u. *Dioscorid.* M. M. L. III. c. 47. Ed. *Saraceni* p. 192. Σάμψυχον dat ſampſuchum.
138 *De — ſucco*, cicutae B
139 *Pulicaris*, pulicariae A
140 *Strychni*, ſtrichni B ſemper mendoſe. V. *Diosc.* M. M. L. 4. c. 74. p. 272. ed. *Saraceni.*
141 *Vero*, enim B
142 *Aliquibus*, aliqui B
143 *Conuenit*, deeſt in B
144 *Procurantes; conuenit* procurare A
145 *k Quas*, ſic *Aldus*, aequas A, deeſt penitus in B

ter-

terrore, vel plagis extorquendas eſſe, [146]cre-
20 diderunt. Sane ſi in prima oculi tunica, ſan-
guinea [147]nimia veluti caro apparuerit, quam
[148]chaemoſin appellamus, hoc adiutorio cu-
ratur: muſcas quamplurimas cum oui vitel-
lo conterimus, et in linteolo mundo ſuper-
imponimus; licet etiam collyriis variis,
[149]cauſae competentibus, ſaepe curati [150]ſint.
21 [151]Derbioſos oculos, quos nos [152]impetigino-
ſos dicimus, [153]aſperitatum vitiis laborantes,
ſic curare conſueuimus: allium accipimus,
[154]cuius interioribus melle contritis, oculis,
poſtquam ex eo [155]humorem, vel ſuccum ra-
puerit, [156]inunguimus: [157]et ex eo pruritus
et ſupradicta vitia [158]depurgamus. Aliud:
grana tritici, in lamina ferri calida [159l]im-
pono, et ſimiliter ex ſucco, qui mana-
uerit, [160]inunguo cum vino commixto.
[161]Et aeris flos tritus cum melle [162*]iuuat.

## *Variae Lectiones*

146 *Crediderunt*, credimus A
147 *Nimia*, nimium B
148 *Chaemoſin*, chaemeſin A haemoſin B
149 *Cauſae*, et B
150 *Sint*, ſunt B
151 *Derbioſos oculos*, vermioſos, omiſſo vocabulo *oculos*, exhibet B
152 *Impetiginoſos*, petigines B
153 *Aſperitatum vitiis*, et aſperitate vicii ſimili B
154 *Cuius — poſtquam*, in cuius incardio vaſa ſpatomeles occulto, et poſtquam &c. B
155 *Humorem vel ſuccum*, humore vel ſucco A
156 *Inunguimus*:, inungito A
157 *Et*, abeſt in B
158 *Depurgamus*, depurgabis A
159*l* *Impono*, ſic B, imponis A, impones *Aldus*
160 *Inunguo — commixto*, cum vino commixto, inungito A
161 *Et*, abeſt in A
162 *Iuuat; fronti illitus*, iuuat A
* *permundauit* pro iuuat legit B

Si

[163]Si pruritus maior [164]palpebras occupaue- 22
rit, vt etiam capillos amittant; [165]has oportet [166]oleo cedrino [167]inunguere; aut aerugine, cum [168]aphronitris et melle [169]contrita, aut aſphodeli ſucco cum paſſo commixto. Si pruritus ſimpliciter [170]ex ſo- 23

## *Variae Lectiones*

163 Magnus hic reperitur hiatus in editione *Baſileenſi.* De vitiis ſcilicet, *pruritu, caligine, nyctalopia, alboribus*, quae omnia ex editione *Argentinenſi* in noſtram recepimus, ne verbulum quidem exſtat in dicta *Baſileenſi.* Nimirum a vocabulis: *ſi pruritus maior* — ad verba: *permundauit. Glaucos* omnia deſunt in B, et occurrunt demum, peſſime transpoſita, in Cap. XIX. *edit.* memoratae *Baſil.*; vbi vide, quae notamus. Expunximus ſcilicet ibi, male locata; excerptisque lectionibus, quas hic legis, differentibus, ea huc omnia transtulimus; ratione id iubente, maxime vero auctoritate editionis *Argentoratenſis*. Quae vero verbis, vltimo nempe ſectionis 22 *commixto*, primoque ſegmenti proxime inſequentis 23 *ſi* interpoſita erant in ed. *Argentoratenſi*, ea ſuo loco, in capite XIX reliquimus; in cuius ſectione 4 occurrunt, a verbis: *nam et amurca* vsque ad verbum *adhibita:* de vſtione vtpote, (quam pertractat iſtud caput) ſolummodo differentia, minime vero de oculis; quinimo, oculis noxia maxime continentia, v. g. amurcam coctam, murium fimum, hircorum cornua.

164 *Palpebras*, palpebram B

165 *Has*, hos B

166 *Oleo; ex* oleo A

167 *Inunguere*, vngere A

168 *Aphronitris*, afronitis A (aphronitro ſine dubio, vel afronitris)

169 *Contrita*, contritis A

170 *Ex ſole*, ſolis B

le, [171]vel labore vel [172]puluere fuerit, aquae calidae fomenta ſufficient; aut roſarum, aut rubi aut lentis [173]decoctionum; [174]aut roſa ſicca cum vino [175]trita, imponitur; et in [176]no-
24 ctem oleo ſimplici loca [177]tanguntur. Caligantes vero oculos hoc modo curamus, ſi vulneris quod non interfuerit praeiudicium. Herbae parietariae ſuccum, [178]bitumini Iudaico [179]trito, aequis ponderibus [180]miſcemus, oculos [181]inunguentes. Et perdicum fel [182]ſimiliter. Et marrubii ſuccus cum felle taurino et melle Attico, aequis ponderibus commixtus, ita curat. Et vrſinum fel cum aquae
25 dupla menſura, ſimiliter purgat. Si [183]autem obſcuritas [184]haec ſenectutis magis [185]fuerit quam [186]oculorum [187]vitium; [188]ſucco mali granati, [189]melle Attico, aequa menſura, [190]commixtis, vteris: [191]vetuſtius et melius

### *Variae Lectiones*

171 *Vel labore*, deſunt in A
172 *Puluere*, pulueris B
173 *Decoctionum*, decoctio A
174 *Aut*, et A
175 *Trita*, trito A
176 *Noctem*, nocte A
177 *Tanguntur*, tangantur B
178 *Bitumini*, bitumine A
179 *Trito*, contrito B
180 *Miſcemus*, miſcentes B
181 *Inunguentes*, inunguimus B
182 *Similiter*, ſimiliter *facit* A
183 *Autem*, haec ſane A
184 *Haec*, deeſt in B
185 *Fuerit*, deeſt :- poſt verbum proxime ſequens *vitium* demum occurrens in A
186 *Oculorum vitium*, viciorum oculorum B
187 *Vitium*, vitium *fuerit* A
188 *Succo*, ſuccum A
189 *Melle*, melli A
190 *Commixtis vteris*, commiſces et vteris A
191 *Vetuſtius et melius*, vetuſtatum tamen magis A. *Venuſtatum* cuiusdam eſt coniectura.

ope-

operabitur, [192]ſane ſi quamplurimo tempore [193]vas ſub diuo facias permanere. Hoc etiam ſcriptoribus et pictoribus ſaepe profuit. [194]Etiam vinum optimum vetus, in noctem adhibitum, oculorum aciem reformauit. Aliud. In oleo mundo folia marrubii miſcemus; et, [195]quum tempore illic [196]macerauerint, proiectis foliis, ex [197]illo oleo obſcuritates [198]oculorum expellimus. Hoc beluae fel, mixtum melli, facit. Hoc ſuccus rutae cum melle [199]ſimiliter. Nam [200]chelidoniae ſuccus, et foeniculi, lactucae quoque agreſtis, et [201]mel Atticum, [202]aequa menſura, caligines, [203]obſcuritates, aliquando etiam ſuffuſiones, liberauerunt. Et taurinum fel, mixtum [204]melli, ſic profuit.
[205]Nyctalopes vero, qui per noctem vi- 26
dent, et per diem obſcuritatem patiuntur, ſic curandi ſunt: accipies hirci iecur, et [206]ferro ſcabes: humor vero, qui ex ſciſſu-

*Variae Lectiones*

192 *Sane*, ſed B
193 *Vas*, vaſculum B
194 *Etiam — reformauit*, ſic B et *Aldus*, deeſt in A. Bonum vtique, in debilibus et a morbo ſurgentibus, remedium.
195 *Quum*, cum B
196 *Macerauerint*, maturauerint B
197 *Illo*, ſolo A
198 *Oculorum*, deeſt A
199 *Similiter*, ſimiliter *facit* B
200 *Chelidoniae; et* chelidoniae A
201 *Mel Atticum*, mellitoti A
202 *Aequa menſura*, ſic B et *Aldus*, *cum* aquae menſura A
203 *Obſcuritates; et* obſcuritates A
204 *Melli*, melle A
205 *Nyctalopes*, Nyctilopes A
206 *Ferro ſcabes*, ſcarificabitur A

ris emanauerit, oculis [207]diebus duodecim infundendus eſt; et vitium [208]corrigetur. Aut [209]id ipſum iecur in carbonibus [210]ponitur; [211n]quumque exſudauerit, [212]eodem humore inunguendi [213]erunt. Hoc item iecur coctum etiam inter cibos [214]accipiant comedendum. Et columbi ſanguis [215]ſimiliter infuſus [216]oculis, iuuat: et fimi [217]aſinini [218]re-
27 centis ſuccus [219]proderit. Alboribus vero oculorum, nitrum bene tritum cum oleo, infundendum eſt; aut anethi ſemen, cum aqua [220]tritum: et ſuccus cucumeris [221]dulcis. Et raphanorum ſuccus ſic medetur: et [222]gutta ammoniaci [223]limpida cum aqua contrita. [224]Nam et lactanti ſuo mater, guttam

*Variae Lectiones*

207 *Diebus duodecim*, duodecies B
208 *Corrigetur*, corrigitur A, recorrigetur B
209 *Id ipſum*, hoc idem B
210 *Ponitur*, poſitum A
211n *Quumque exſudauerit*, exudet B, *cum*que exudauerit *Aldus*
212 *Eodem; de* eodem A
213 *Erunt*, ſunt A
214 *Accipiant*, accipiunt A
215 *Infuſus; ſimiliter* infuſus B
216 *Oculis*, oculos B
217 *Aſinini*, ſyllaba *ni* tantum, praemiſſo ſpatio vacuo, conſpicitur in B
218 *Recentis*, recens A
219 *Proderit; ita* proderit B
220 *Tritum*, tritum *ſimiliter* B
221 *Dulcis*, dulcis *ſic operatur* B
222 *Gutta*, def. A
223 *Limpida*, def. A
224 *Nam — permundauit*, Lectio editionis *Argentoratenſis*: "Nam et lactanti ſuo mater guttam ammoniaci *maſticando, et exhalando, albores oculi; ſimiliter* et albas maculas filii, ſanguinem femoris ſui *infundendo, ſaepius* permundauit".
Lectio editionis *Baſi-*

am-

ammoniaci maſticando, et exhalando, al-
bores oculi; ſimiliter et, viui muris ſan-
guinem infundendo feliſue, albas macu-
las, ſaepius permundauit. Glaucos vero o- 28
culos [225]denigrare ſi volueris, ſic facies:
[226]gallarum puluerem tenuiſſimum, cum
aqua bene coctum, miſces: [227]ſimiliter,
[228]et leporis [229]fel [230]mixtum melle, glaucos
oculos [231]reuocat in naturam. Si hordeoli 29
in palpebris [232]naſcantur; hordei decoctio-
ne calida oculos fomentabis; et poſt, cera
liquefacta, locum [233]tanges. Et, ſi muſca-
rum capitibus locum [234]confrices, hoc idem
[235]facit. [236]Capillos vero contrarios ſic [237]na- 30

## *Variae Lectiones*

*leenſis*: "Nam et lactanti ſuo mater guttam ammoniaci maſſando albos oculos *procurat*. (Huc vsque ex Cap. XIX, p. 39, lin. 8 ad 10) et *ex viui muris ſanguine* inungendo. *feliſue*, albas maculas permundauit". (Haec ex Cap. XII, p. 26, l. 6 ad 8.)

225 *Denigrare ſi*, ſi denigrare A

226 *Puluerem — miſces*, puluere tinges ſimul cum aqua bene trito B

227 *Similiter*, deeſt in A

228 *Et; vteris* et B

229 *Fel*, ſelle B

230 *Mixtum*, cum B

231 *Reuocat*, renouat A

232 *Naſcantur*, naſcentur B

233 *Tanges*, ſic B atque *Aldus*, tangis A

234 *Confrices*, confricas A

235 *Facit*, facies B

236 *Capillos*, intra hoc proximeque antecedens verbum, *facit:* inſertum legitur in edit. *Baſileenſi* atque *Aldina* gloſſema hoc: "praetermiſſum fuerat idem aliud. Erungium Campanum vnc. IV. guttam ammoniaci vnc. II. gummi vnc. I. aqua pluuiali trita ſupradicta commiſcebis, et teres vt collirium facias". Quod auctoritate ed.

ſci non permittes, ſi, his euulſis, loca ſanguine cimicis tangas. Et ſanguiſugarum combuſtarum cinis, locis adpoſitus, eodem modo [238]curabit. Et chamaeleontis herbae folia ſicca, trita in puluerem, et commixta ſanguine ranarum viridium, [239]poſt euulſionem pilorum, pro collyrio inunguimus:
31 [240]fel vulpis ſolum ſimiliter. Staphylomata vero, [241]hoc eſt, quum in modum vuae crepantis, prioris tunicae [242]tumor quidam erumpit, ſic curabis: alumen ſciſſum [243o]teri facies [244]diligenter, et adipes anſerinos [245p]admiſcebis; et vteris pro collyrio. Nam et melli commixti adipes, ſupradicta ſtaphylomata, [246]repriment diligenter. Et ſoli adipes, bene colati, [247]ſufficient.

## Cap. XIII. *De narium morbis.*

1 Ozaenis et polypis vno eodemque modo [1]cura eſt adhibenda, [2]conſtringen-

### *Variae Lectiones*

*Argentoratenſis*, carentis iſto, ex textu eiecimus.

237 *Naſci non permittes*, non naſci facies A

238 *Curabit*, curauit B

239 *Poſt — pilorum*, poſt vnctionem capillorum A

240 *Fel — ſimiliter*, deeſt B

241 *Hoc eſt, quum*, quorum B

242 *Tumor*, humor B

243o *Teri*, ſerri *Aldus*.

244 *Diligenter*, deligenter A

245p *Admiſcebis*, ſic *Aldus*, admiſces A, admiſce B

246 *Repriment diligenter*' diligenter curant A

247 *Sufficient; ita* ſufficient B

C. XIII. 1 *Cura eſt*, eſt cura B

2 *Conſtringendo*, conſtringendus A

do

do [3]in primis, [4]detonſis [5]capillis, [6]rheuma-
tiſmum ; [7]et, poſt raſuram, [8]emplaſtrum
[9]Dialtheon aut [10]Barbarum, [11]inducendo.
[12]Et de cochleis [13]hoc ſimile eſt adiutorium.
[14]Accipias cochleas minutas albas numero
ducentas ; [15a]tritis immiſcebis myrrhae et
thuris maſculi vncias ſingulas [16]pro cata-
plasmate; raſo [17]capite, [18]impones, diebus
[19]nouem continuis permanſurum. Naribus 2
vero ſpecialiter ſic medeberis: ſuccum
[20b]nepitae frequenter [21]inferas; aut eiusdem
ſiccatae et contuſae puluerem, per [22]cannu-
lam exſufflato: aut [23]batrachii herbae ſuc-
cum cum melle commixtum. Et ſuccus ro-
ſarum, [24c]coctus vsque ad pinguedinem,
[25]item prodeſt. Sic [26]Irios Illyricae [27]et ſan-

## *Variae Lectiones*

3 *Inprimis*, ſicut prius B
4 *Detonſis; eſt* detonſis A
5 *Capillis*, capitis B
6 *Rheumatiſmum*, reumatiſmus A
7 *Et*, def. A
8 *Emplaſtrum; vero* emplaſtrum A
9 *Dialtheon*, Diatheon A, Dialteon B
10 *Barbarum*, BarbaramB
11 *Inducendo*, def. A
12 *Et; nam* et B
13 *Simile; hoc* ſimile B
14 *Accipias*, ſic B et *Aldus*, accipis A
15a *Tritis immiſcebis*, intritas, admiſces A, tritas *Aldus*
16 *P o; et* pro B
17 *Capite*, capiti A
18 *Impones*, def. A
19 *Nouem*, IX *continuis* B
20b *Nepitae*, nepitae *herbae, quam graeci calaminthen vocant* B: ex gloſſa forſan, quanquam et habeat *Aldus*. *Herbae* deeſt in ed. *Ald.*
21 *Inferas*, infunde A
22 *Cannulam exſufflato*, cannalem exufflato: A
23 *Batrachii*, barbatraciae B
24c *Coctus — pinguedinem*, contuſus cum pinguedine A, contuſus vsque ad pinguedinem *Aldus*
25 *Item*, ita B
26 *Irios*, iris B
27 *Et ſandarachae*, def. B

darachae[28]puluis, ex aequo cum melle[29]commixtus. [30]Sic gallarum et myrrhae puluis ſimiliter, cum melle contritus, adhibetur.
3 Polypis itaque [31]eminentibus, aeris florem et [32]ſinopida, ex aequo [33]combures, et ex eo puluere [34]ſanabis loca. Et cornu ceruini combuſti puluis cum ſandaracha ſimiliter [35]adſpergendus eſt. Sic bryoniae [36]radices combuſtae, ſic auripigmenti puluis cum
4 melle. Ego vero [37]ſaepiſſime ſic e naribus polypos cecidiſſe probaui. Puluere ex [38]chalcite, [39]myſi, [40]aeris flore, aequa ponderatione confecto, [41]et locis adhibito per cannulam, ſicut ſupra memoraui. Foetori vero narium ſuccum hederae frequenter infunde, et draconteae ſuccum cum melle ſimiliter.

## Cap. XIV. *De fluxu ſanguinis narium.*

1 [1]Prius ſpatomela, in extremo [2]molli lana [3]obuoluta, glebas ſanguinis e naribus

### *Variae Lectiones*

28 *Puluis*, pulueres A
29 *Commixtus*, commixtos *adhibebis* A
30 *Sic — adhibetur*, haec omnia deſunt in A. Gloſſema forſan.
31 *Eminentibus*, imminentibus B
32 *Sinopida*, ſynopidem A
33 *Combures*, comburis A
34 *Sanabis loca*, loca ſanabis B
35 *Adſpergendus*, ſpargendus A
36 *Radices*; *herbae* radices A
37 *Saepiſſime*, def. A
38 *Chalcite*, calcite A
39 *Myſi*, deeſt A
40 *Aeris flore*; *admixto* aeris flore A
41 *Et — ſimiliter*, deſunt omnia in A

C. XIV. 1 *Prius ſpatomela*, Primum inſtrato melle A
2 *Molli*; *baculo* molli A
3 *Obuoluta*, obuoluto A

pur-

[4]purgare nos conuenit: poſt, lana identidem
obturando, [5]procludere. Aliud. Linteolo
combuſto et infuſo, [6]aut in acri aceto, aut
in ſucco polygoni herbae; aut [7]cymae [8]por-
ri ſectiui, [9]aut arnogloſſi ſimiliter. [10]Si [11]ſan- 2
guinis fluentis moleſtia perſeuerauerit, ſine
mora phlebotomandus erit. [12]Item ſimi aſi-
nini combuſti [13]puluerem cum oleo roſeo
mixto, [14]collyrio facto, ſupponimus. [15]Eo-
dem modo etiam, [16]de ſiliquae mollibus fo-
liis contuſis facta ſimiliter collyria, pro-
fuerunt. Sic portulacae, ſic ſtrychni, ſic
terrae Alexandrinae, cum ſuccis ſupradictis,
puluis, ſaepe profuit. Caput [17]vero eorum
[18]ſucco lini ſeminis frigido fouendum eſt.
Circa frontem vero gypſum cum ouo, vel
[19]lutum figulorum ſimiliter mixtum, inlini-
re debemus. Sic aeris flos, [20]ſic myſios vel

## *Variae Lectiones*

4 *Purgare; frequentius* purgare B
5 *Procludere,* perclaudere B
6 *Aut,* deeſt A
7 *Cymae,* cimae B
8 *Porri; vel* porri A
9 *Similiter; aut arnogloſſi* ſimiliter B
10 *Si; ſane* ſi B
11 *Perſeuerauerit; his adiutoriis contemtis ſanguinis fluentis moleſtia* perſeuerauerit B
12 *Item,* et A
13 *Puluerem,* puluere A
14 *Collyrio facto,* collyria facta A
15 *Eodem — etiam,* et A
16 *De,* defic. B
17 *Vero,* deeſt A
18 *Succo — fouendum,* ſeminibus frigida humectandum B
19 *Lutum,* luto A
20 *Sic — chalcitis,* def. A, ſtellula in textu adiecta, in margine vero his adſcriptis: "*Alias cum hoc habet.* Sic muſin vel cytin". *Myſin* et

chalcitis, ſic pini cortex [21]combuſtus, ſic [22]ſimus aſini, vt ſupra ſignificatum eſt, [23]o-
3 perabitur. Si [24]etiam, iſtis adhibitis, adhuc perſeuerauerit [25]fluxus; ignita cucurbita, ſi [26]de dextra nare manauerit, [27]dextrae parti praecordiorum, [28]admouenda eſt: ſi [29]e ſiniſtra, [30]ſiniſtrae: [31]ſin vero de [32]vtrisque, [33]et [34]vtrisque [35]igneas cucurbitas adplicabo.
4 Aliqui vero faſciolis lineis, naturam et teſtes eorum alligando, mollius conſtrinxerunt: ſi in feminis, [36]femora.

## Cap. XV. *De labiis [1]crepantibus.*

1 Gallae tunſae puluerem, reſinae terebinthinae limpidae [2]admiſcebis, [3]et vt empla-

### *Variae Lectiones*

*chalcitidem* haec denotare, quilibet facile perſpiciet.
21 *Combuſtus*, combuſto B
22 *Fimus*, ſic B et *Aldus*, fimi A
23 *Operabitur*, abeſt in A
24 *Etiam*, vero A
25 *Fluxus*, ſanguis illius terrae impatiens B
26 *De*, ex A
27 *Dextrae — praecordiorum*, dextro lateri A
28 *Admouenda eſt*, eſt admouenda B
29 *E*, ex A
30 *Siniſtrae*, ſiniſtro lateri A
31 *Sin*, ſi B
32 *Vtrisque*, vtrisque *naribus* B
33 *Et*, deeſt in B
34 *Vtrisque*, vtrisque *viſceribus* B
35 *Igneas*, deeſt in B
36 *Femora*, femoralia A
37 Poſt vocabulum : *femora* (femoralia A) addit *Baſil.* "ligauere, in quibus phyſicis praeſens beneficium meruerunt". Quibus omnibus Ed. *Arg.* caret.

C. XV. 1 *Crepantibus*, crepitantibus A
2 *Admiſcebis*, àdmiſces A
3 *Et — vteris*, et vteris cum emplaſtro veteri A

ſtro

ſtro vteris: [4a]ſeu hyſopi ceroto, cum melle, aut adipibus caprarum, colatis tantummodo. Aliud. Sulſur viuum, [5]myrrham et thus maſculum, ex aequo ſucco herbae parietariae [6]commiſcebis, et ſic trochiſcos conficies; quos cum aqua reſolues [7]et [8]inlinies. [9]Aliud: [10]melle, terebinthina, [11]adipibus anſerinis, [12b]oleo roſeo, omnibus ex aequo mixtis, vteris. Si odor inſuauis oris 2
fuerit: poſca frigida os frequenter colluere oportet, et cimoliae [13]puluere, cum ſalibus [14]toſtis, ſimul mixtis et [15]tuſis, dentes et vicina loca fricare. Aliud. Hordeum, et [16]ſal, in linteolo collectum, [17]combures [18]aequis ponderibus, et [19]teres; [20]et vteris. [21]Sic pumicem et myrrham teres, et cum melle [22]commiſcebis. [23]Munda ſiligo, cum [24]iris Illyricae puluere, ſimiliter, commixta, ope-

*Variae Lectiones*

4a *Seu hyſopi ceroto*, aut hyſopo cerotum B, aut hyſopo ceroto *Aldus*
5 *Myrrham*, ſic B et *Aldus*, morum A
6 *Commiſcebis*, commiſces A
7 *Et*, def. B
8 *Inlinies*, linies A
9 *Aliud*, deeſt B
10 *Melle, terebinthina*, mel terebinthinum A
11 *Adipibus anſerinis*, adipem anſerinum A
12b *Oleo — vteris*, oleum roſeum, haec omnia ex aequo mixta teris A. Loco: *teris* vteris *Ald.*
13 *Puluere*, pulueribus A
14 *Toſtis*, toſtatis B
15 *Tuſis*, contuſis B
16 *Sal*, ſales B
17 *Combures*, comburis A
18 *Aequis ponderibus*, aequa ſub ponderatione B
19 *Teres*, teris A
20 *Et vteris*, abeſt in A
21 *Sic — teres*, deeſt A
22 *Commiſcebis*, commiſces A
23 *Munda ſiligo*, et mundas. Siligo A
24 *Iris*, def. in A

ra-

rabitur. [25]Aliquoties [26]haec etiam cum vino
5 melius commiſcentur. [27]Maſticare autem his [28]frequentius conueniet [29]arboris pini folia molliora, aut anethum, aut [30]cglycyrrhizam, aut herbam quae [31]ſonchora appellatur. [32]Sed et [33]ceruini cornu combuſti puluis, et foetorem oris, et dentium ſemper compeſcuit imbecillitatem.

## Cap. XVI. *De dentium* [1]*cauſatione.*

1 Dolores dentium fimus aſini [2]ſiccus et tritus [3]pro dentifricio [4]compeſcit: mixtus quoque cum aceto, [5]ore diutius remoratus, aeque profuit. Et betarum ſuccus tepidus ſimiliter [6]operatus eſt: [7]decoctio cucumeris agreſtis [8]radicis, [9]ſimiliter. [10]Sic etiam glycyrrhizae in vino decoctio. Et [11]nitrum

### *Variae Lectiones*

25 *Aliquoties*, aliquotiens B
26 *Haec*, def. A
27 *Maſticare*, maſſare B
28 *Frequentius*, ſic B et *Aldus*, deeſt in A
29 *Arboris; aut* arboris A
30c *Glycyrrhizam*, lyciridiam B, glicirrhizam A, glycyrrhizan *Aldus*
31 *Sonchora*, ſontia B. Omnis hic locus in mendo cubat.
32 *Sed*, nam B
33 *Ceruini — combuſti*, cornu ceruini combuſti A
C. XVI. 1 *Cauſatione*, curationibus A
2 *Siccus*, ſiccatus A
3 *Pro*, aut B
4 *Compeſcit*; *ſine dilatione* compeſcit A
5 *Ore — remoratus*, ori diutius remorando A
6 *Operatus eſt*, profuit A
7 *Decoctio cucumeris; et* decoctio *ex* cucumeris A
8 *Radicis*, radice A
9 *Similiter; in vino* ſimiliter A
10 *Sic — decoctio*, ſic B et *Aldus*, abeſt in A
11 *Nitrum — decoctae*, deſunt haec omnia in B

cum

cum oleo tritum, et decoctio roſarum in
vino, vel rubi in aceto, et cypreſſorum
fructus, tedae pingues in vino decoctae; ſi-
ne cunctatione, dentibus relaxatis [12]atque
dolentibus, [13]profuerunt. Si omnes interea 2
doluerint, cedriam in ore [14]teneant; et con-
tinuo mitigantur. [15]Sin vero [16]malae [17]do-
luerint, [18]parietariae radicis ſuccus in [19]bal-
neo ore contineatur, et ſtatim medetur:
[20]aut, ſi [21]in aceto [22]eadem radix [23]coquatur,
[24]et ſimiliter adhibeatur. [25]Nam et pyrethri
radix profuit, [26]maſticata continuo. [27]Item,
alcyonii radix, in carbonibus poſita, [28]den-
tes [29]dolentes fumigando compeſcuit. [30]Et
canis dens combuſtus, ſimiliter profuit. Et,
ſi aeris florem in oleo tritum dentibus ad-
moueas, et lac aſinae recens [31]tepidum;
[32]vtrumque adiutorium conſtringit, et mi-
tigat [33]continuo. [34]Cui forte putres cauer- 3

## *Variae Lectiones*

12 *Atque*, et B
13 *Profuerunt*, profuit B
14 *Teneant*, teneat A
15 *Sin*, ſi B
16 *Malae*, molae B, dentes forſan molares.
17 *Doluerint*, dolent A
18 *Parietariae; herbae* paritariae A
19 *Balneo*, balneis B
20 *Aut*, et B
21 *In aceto*, deeſt A
22 *Eadem*, eiusdem A
23 *Coquatur*, coquitur A
24 *Et — adhibeatur*, def. A
25 *Nam et*, ſimiliter et A
26 *Maſticata*, maſſata B
27 *Item alcyonii*, et aizoi B
28 *Dentes; adhibita* dentes B
29 *Dolentes*, def. B
30 *Et canis*, Phyſicum. Canis A
31 *Tepidum; ac* tepidum A
32 *Vtrumque adiutorium*, def. A
33 *Continuo*, def. A
34 *Cui forte*, ſimiliter quibus A

nae.

nae obuenerint; melanthium [35]frictum, in
aceto commixtum, [36]hisdem cauernis appo-
nit. Et piper tritum, galbano et ſtorace
commixtum, ſimiliter. Et ſi [37]ſolo puluere
aluminis [38]ſciſſi easdem cauernas [39]adim-
pleas. Hoc et gallarum puluis, cum melle
commixtus, facit. Si vero percuſſus [40]qui-
dem dens vel [41a]mala fuerit, [42]reſolutum co-
ralli puluerem adponito; et continuo con-
4 ſtringitur. Si longo vitio laborantes [43]ſpon-
taneos cadere volueris, pyrethri vel arte-
miſiae puluerem cum aceto [44]commiſcebis,
et dentem circumlinies; et ſpontanei exſi-
lient: aut ſucco tithymali cauernam [45]im-
ple, et ſpontanei cadent: [46]aut [47]lacertum
ſolum [48]exſeca et ſicca, et eius puluere den-
tem vel cauernam attinge; et continuo ca-
det. Poſt ſcarificationem, [49]coccus gnidius

### *Variae Lectiones*

35 *Frictum*, elixum A. In ſequentibus verbis loco *in aceto commixtum* melius forſan legeretur: *et aceto*.

36 *Hisdem — ſimiliter*, abeſt ab A

37 *Solo*, ſoluto B

38 *Sciſſi*, abeſt a B, male quidem: dentes etenim alumen non bene ferunt.

39 *Adimpleas*, impleas A

40 *Quidem*, quondam B

41a *Mala*, mola A et B, reduximus *mala* ex *Aldo*

42 *Reſolutum*, reſoluta B

43 *Spontaneos — volueris*, ſpontanei cadere voluerint B: vtrumque mendoſe, vt ex ſeq. patebit.

44 *Commiſcebis*, commiſce B

45 *Imple*, adimple A

46 *Aut*, Phyſicum A

47 *Lacertum ſolum*, lacerta ſolanea B

48 *Exſeca — ſcarificationem*, deſunt haec omnia in B

49 *Coccus — tunſus*, et coccum gnidium tunſum B

tun-

tunſus [50]cum galbano, ſimiliter operatur. Et [51]apophlegmatiſmum hoc profuit, ſi ſta-
physagria ad [52]maſticandum detur; aut ſi 5
cum pulegio miſceatur; aut cera cum gallarum puluere [53]contuſa. [54]Aut, [55]ſi allium, [56]vel myrti folia, [57b]in aceto viridia, coquantur, et in ore contineantur. Poſtea vero, [58]ne vſtio [59]conſequatur, oleum [60]roſeum tepidum [61]in ore contineant. Et origanum in oleo coque, et ex hoc dentes calefacito. Et ſaccellus [62]calidus, impoſitus, [63]de ſalibus vel milio, [64]forinſecus adhibitus, [65]prodeſt. [66]Omnia haec calida, ſecundum *Hippocratis* praeceptum, dentibus [67]ſaepiſſime pro-
fuerunt. Nam et dentifricia haec, et ſaluti 6
et ornatui, [c]ſemper vitioſis dentibus profuere. Salibus, [d]melli commixtis, et combuſtis et contritis, quippiam myrrhae miſcendum eſt; et vtimur, vt moris eſt. Hoc

*Variae Lectiones*

50 *Cum*, in B
51 *Et — profuit*, nam et apophlegmatibus his ſaepiſſime profuit B
52 *Maſticandum*, maſſandum B
53 *Contuſa*, contuſarum A
54 *Aut*, et B
55 *Si allium*, ſalicis A
56 *Vel*, aut B
57b *In aceto viridia*, virida in aceto A, viridia in aceto *Aldus*
58 *Ne vſtio*, ſi nauſea A
59 *Conſequatur*, proſequatur B
60 *Roſeum tepidum*, tepidum roſeum A
61 *In ore*, def. B
62 *Calidus impoſitus*, impoſitus calidus B
63 *De*, def. B
64 *Forinſecus*, fronti B
65 *Prodeſt*, profuit B
66 *Omnia haec*, haec omnia B
67 *Saepiſſime*, def. A
c *Semper*; *et* ſemper *Ald.*
d *Melli*, ſic A et B, melle *Aldus*

et

et [68]maſticis puluis [69]ſolius facit. Nam, et lanae ſuccidae [70]combuſtae pulueri, tertiam partem ſalium [71]combuſtorum, commiſcemus; et vtimur ſimiliter. Poſt vero [72]vino, in quo [73]irin Illyricam decoxeris, [74]os colluere conueniet: et [75]tithymalus, in vino
7 [76]decoctus, multum proderit. Si ex hoc, bis per menſem, tepido, collueris dentes; facies, [77e]candidos ſemper et ſine vitio, per-
8 manere. Gingiuas vero [78]dolentes, cum [79]gargarismate ex aceto tepido, in quo herbae mercurialis [80]radicem decoxeris, ſine mora mitigabis.

## Cap. XVII. *De vitiis faucium [1]vel oris.*

1 Per initia, cum commoueri aliquid in faucibus ſenſeris, generaliter omnibus ex decoctione [2]ſiccatarum roſarum, vel [3]dactylorum elixorum, aut lentis, aut cantabri, vel ceterarum ſtypticarum mediocriter ſpe-

*Variae Lectiones*

68 *Maſticis,* maratri A
69 *Solius,* ſolus B
70 *Combuſtae,* deeſt B
71 *Combuſtorum,* ſic B et *Aldus,* def. A
72 *Vino,* vinum A
73 *Irin,* irim A
74 *Os colluere,* cum puluere A
75 *Tithymalus,* titymalum B
76 *Decoctus,* decoctum B
77e *Candidos — vitio,* eos ſemper ſine vitio A, eos candidos, et ſemper ſine vitio *Aldus*
78 *Dolentes,* def. A
79 *Gargarismate,* gargarismatium *adhibueris* B
80 *Radicem,* radices A

C. XVII. 1 *Vel,* et B
2 *Siccatarum roſarum,* roſarum ſiccarum B
3 *Dactylorum elixorum,* colatylorum, aut mixarum B

cie-

cierum, conuenit [4]vti tepido gargariſma-
tio; [5]cui etiam mellis quippiam deſpumati [6]ad-
miſceamus: [7]aliquando ſane ſingulorum, ali-
quotiens commixtorum. Nam et lac ouil- 2
lum, vel caprinum, cum melle, [8]iuuat: ſimi-
liter [9]etiam [10]rhodomeli: ſimiliter diamoron;
quod ſic conficere conſueuimus, vt ad duas
partes ſucci mororum [11]vnam mellis [12]admi-
ſceamus. Sic etiam [13]aliqui, [14]ex ſucco rubi
et melle, veluti diamoron, confecerunt: alii
etiam de cydoniorum [15]ſucco: [16]ſimiliter et
de malo granato, ſed ſtyptico. Alii vero,
eadem mala quaſſantes, in paſſo [17]coegerunt;
[18]quae omnibus querelis faucium [a]prodeſſe
putant. Haec omnia, [19]licet ſpecie diſſimilia
eſſe videantur; virtus [20]attamen vna omnibus,
[21]idemque beneficium. [22]Succos ptiſanae fre-

### *Variae Lectiones*

4 *Vti — gargariſmatio*, tepidum gargariſma A
5 *Cui*, vt B
6 *Admiſceamus*, commiſcemus A
7 *Aliquando — commixtorum*, deſunt haec in A
8 *Iuuat; tepidum* iuuat A
9 *Etiam*, defic. A
10 *Rhodomeli*, rhodomel A
11 *Vnam*, vna A
12 *Admiſceamus*, adhibeatur A
13 *Aliqui*, aliquid A
14 *Ex*, de B
15 *Succo*, poſt hoc verbum addit: *eadem afferunt* A
16 *Similiter et*, Item A
17 *Coegerunt*, coxerunt et triuerunt B
18*a* *Quae — putant*, deſunt in B, *prodeſſe* eſt ex ed. *Aldina: prodere* habet A
19 *Licet — videantur*, ſupradicta non ſimili ſpecie eſſe poſſunt B
20 *Attamen*, tamen A
21 *Idemque*, idem eſt et B
22 *Succos — et*, ſane *frequenter* accipiant et A, ſuccos ptiſanae accipiant, et B

quenter accipiant; et [23]cibos,qui magis ſorberi
3 quam [24]maſticari, videantur. Si, his adhibitis, faucibus adhuc perſeuerauerit moleſtia, [25b]aut vlcerari partes attentent, quae etiam [26c]ſynanchen minetur: tunc nos fortioribus oportet occurrere [27]cataplaſmatibus; [28]ex hordei vel lini ſeminibus paregoricis, mixto [29]quidpiam nitro,vel ſalibus: quo,*Hippocratis* noſtri [30]praeceptis cuſtoditis, ſic [31]curemus, vt [32]ab interioribus euocare [33]ſolicitudines valeamus. Praeſtant interea cataplaſmatis [34]beneficia; etiam fomenta chalaſtica, ex [35]ſeminibus ſupradictis et [36]hibiſco, confecta.
4 [37]Vlceratio vero, ſi faucibus apparuerit, ſic a nobis ſolicite curanda erit: fimus canum albus, tritus cum melle, et [38]tumores reprimit, et [39d]vlcera delicate permundat; et hirundinum combuſtarum cinis, cum melle [40]ſi-

## *Variae Lectiones*

23 *Cibos; caeteros* cibos *ſimiles* B
24 *Maſticari*, maſſari B
25b *Aut — attentent*, ſic vt vulnerare partes attentet A, vlcerare *Ald.*
26c *Synanchen minetur*, ſynanchin A, ſynanchicos minentur *efficere* B, noſtra lectio eſt ex *Aldo*
27 *Cataplaſmatibus*, cataplaſmatibus *partibus e foris vel gutturi adhibitis* B et *Aldus*
28 *Ex*, deeſt in A
29 *Quidpiam*, aliquanto A
30 *Praeceptis cuſtoditis*, praecepta cuſtodientes B
31 *Curemus*, curando A
32 *Vt ab*, ab A
33 *Solicitudines*, ſolicitudiuibus B
34 *Beneficia*, beneficio A
35 *Seminibus*, ſimilibus A
36 *Hibiſco*, ſinapiſco B et *Ald.*
37 *Vlceratio*, ſic B et *Aldus*, vulneratio A
38 *Tumores*, tumorem A
39d *Vlcera delicate*, vulnera delicate A, vlcera *delicata* B
40 *Similiter*, deeſt B

mi-

militer [41]tritus, proderit. Aliud, omnibus 5
[42e]vlceribus, tumentibus et ſordidis, vtiliſſimum [43]adiutorium, multorum veterum auctoritate [44]probatum; hoc eſt, quod conficitur, [45]ſi thus maſculum, [46]irin Illyricam, herbam et [47]ariſtolochiae radicem, omnia aequis ponderibus, [48]tundas, et melli miſceas, vel melicrato: et ſine moleſtia [49]medetur, [50f]aliquotiens pinna molli liniendo, aliquotiens per gargariſma. Item [51g]antheram, quae om- 6
nibus nota eſt, [52]irin Illyricam, [53]ſandaracham, cyperum [54]vncias binas, [55]alumen ſciſſum, myrrham, crocum, crocomagma [56]ſemuncias ſingulas; in [57]vno omnia [58]contuſa et cribel-

## *Variae Lectiones*

41 *Tritus*, deeſt A

42e *Vlceribus tumentibus*, vulneribus et tumentibus A, vlceribus et tumentibus *Aldus*

43 *Adiutorium* deeſt A

44 *Probatum; hoc eſt*, probatur hoc, A

45 *Si thus*, ſic thus A

46 *Irin*, irim B

47 *Ariſtolochiae radicem*, radices ariſtolochiae A

48 *Tundas — miſceas*, tunduntur et melli miſcentur A

49 *Medetur*, eduntur A

50f *Aliquotiens — gargariſma*, deſunt haec in A, aliquotiens p. m. l., aliquotiens per gargariſmatium B. Noſtra lectio ex *Aldo* eſt deſumta.

51g *Antheram*, Antherae A, Anthiram B, Atherae *Aldus*

52 *Irin Illyricam*, Irios Illyricae A

53 *Sandaracham; cyperum*, ſandaracae, cyperi A

54 *Vncias binas*, ana vnc. II B

55 *Alumen — crocomagma*, aluminis ſciſſi, myrrhae, croci, crocomagmatis A

56 *Semuncias*, ana ſemuncias B

57 *Vno*, ſic B et *Aldus*, vino A

58 *Contuſa*, tunſa A

lata [59]habebis; et, cum neceſſitas [60]coegerit, aut [61]puluere aut cum melle [62]commixtis,
7 vteris [63]liniendo. Nam, et [64]*Muſae* trochiſcus [65]vbique diffamatus, cum ſucco [66]roris Syriaci et melle, vel melicrato, adhibendus [67]eſt. Si vero vua [68]demiſſior fuerit, et, faucibus indignatis, [69]rheumatidiauerit; [70]gargariſmate, ex ſpeciebus ſtypticis confecto, tepido [71h]imminebimus; et ex dactylis, in aqua vel melicrato, decoctis, aut roſis ſiccis, aut vitium turionibus molliſſimis, aut ſorbis, aut meſpilis, vel certe gallis infuſis et de-
8 coctis, adhibebimus. [72i]Raucos vero ſic corriges: tragacanthum mundum ſub lingua te-

## *Variae Lectiones*

59 *Habebis*, adhibebis A
60 *Coegerit*, congruerit B
61 *Puluere; cum* puluere A
62 *Commixtis vteris*, commiſces et vteris A
63 *Liniendo*, ſic B et *Aldus*, deeſt A
64 *Muſae*, muſa B
65 *Vbique diffamatus*, omnibus diffatus B
66 *Roris Syriaci*, roſſyriaci B
67 *Eſt*, eſt *nobis* B
68 *Demiſſior*, dimiſſior A
69 *Rheumatidiauerit*, reumatiſauerit A
70 *Gargariſmate*, gargariſmatio B
71*h* *Imminebimus — adhibebimus*, (monebis B, monebis *Aldus*, loco imminebimus) B cum *Aldo* exhibet: "vt ex aqua vel melicrato gargaridiet (mellicrato gargarizet *Ald.*), vbi dactyli decocti fuerint, aut ros Syriacum, aut vitium turiones molliſſimi, aut ſorba, aut meſpila, vel certe gallae aut ſimilia virtutibus caetera.
72*i* *Raucos — admiſcui*, ſic B et *Ald.*, def. A. Verba vltima: *ex aequo* omittit *Aldus*. Locus in mendo cubans. *Aut* enim legendum; crocus, myrrha; *aut* commiſce, tere; *aut* in interpunctione noſtra ſubintelligendum: *accipe*.

neant,

neant, et, quod emaduerit, glutiant. Oua vero recentia incocta frequenter accipiant; aut hac theriaca vtantur: crocum, thus maſculum, myrrham et tragacanthum: ex aequo, cum paſſo, commiſcentur et teruntur; vt pro eligmatio adhibeantur. Ego etiam ſuccum glycyrrhizae, ex aequo, ſemper admiſcui. In 9
tumore vero [73]poſita, cum amplius [74]rheumatidiauerint, ſales, [75]triti cum melle, [76]multum proſunt [77]adhibiti: et dactylorum oſſa; et [78]nuces virides immaturas [79]comburas, et ex his puluerem [80]facias, et admiſceas ſimiliter aut modicum [81]mellis, aut melicrati, et alumen humidum: in vaſe [82]fictili [83]coques. Sic de puluere radicum caulium combuſtarum, ſic etiam de anetho [84]ſimiliter: et [85]poſtea puluere facto, vuam [k]ſiccas, et continuo [86]deſiccatur. Si [87]inflatum os fuerit, quod 10
[88]Afatham appellamus, nimia vſtione [89]accedente; roſam ſiccam cum melle tritam, locis

*Variae Lectiones*

73 *Poſita*, poſitae A
74 *Rheumatidiauerint*, reumatizauerit A
75 *Triti; tritos*, B
76 *Multum proſunt*, deſunt in B
77 *Adhibiti*, adhibeto B
78 *Nuces; ſi* nuces A
79 *Comburas*, cum myrrha B
80 *Facias*, ſic B et *Aldus*, facies A
81 *Modicum mellis*, deſpumato melli aut melicrato B
82 *Fictili*, victili A
83 *Coques*, coquas A
84 *Similiter*, deeſt A
85 *Poſtea*, poſt eo B
k *Siccas*, ſiccabis *Aldus*
86 *Deſiccatur*, deſiccata A
87 *Inflatum os*, inflatio oris B
88 *Afatham*, cautam B, vtraque lectio mendoſa.
89 *Accedente*, intercedente B

impone; et portulacam [90]ex melle ſimiliter infundimus, et [91]manducandum damus: et oliuae folia viridia in vino [92]decoque, [93]quo tepido [94]os frequenter colluendum eſt. Nam [95]et auellana, cum deſpumato melle contrita, pro [96]electuario ſemper [97]adhibenda eſt, vt oris vſtio [98]depurgetur.

## Cap. XVIII. *De [1]papulis minutis [2]vbique naſcentibus, [3]quas Ionthus dicimus.*

1 [4]Ionthos appellatur, [5]qui in facie quam maxime, veluti [6]leuiſſimus tumor, [7]innaſcitur repentinus; [8]humorem, [9]aliquando pinguem, aliquando aquatiorem, [10]mittens, pruritus et [11]vlcerationes [12]procurat: [13]oxymeli, [14]ex [15]acri aceto et melle, aequis ponderibus,

### *Variae Lectiones*

90 *Ex*, in A
91 *Manducandum*, maſſandum B
92 *Decoque*, decocta A
93 *Quo; ex* quo A
94 *Os*, def. B
95 *Et*, deeſt B
96 *Electuario*, electario B
97 *Adhibenda*, adhibendum B
98 *Depurgetur*, purgetur A

Cap. XVIII. 1 *Papulis minutis*, minutis papulis B
2 *Vbique*; *in facie et* vbique B
3 *Quas Ionthus dicimus*, deeſt A
4 *Ionthos appellatur*, deeſt A
5 *Qui*, quibus A
6 *Leuiſſimus*, breuiſſimus B
7 *Innaſcitur repentinus*, repente innaſcitur A
8 *Humorem; qui* humorem B
9 *Aliquando pinguem*, defic. B
10 *Mittens*, mittit B
11 *Vlcerationes*, ſic B et *Aldus*, vulnerationes A
12 *Procurat*, procuramus A
13 *Oxymeli*, oxymelle A, *hic* oximeli B
14 *Ex*, ſic B cum *Aldo*, et A
15 *Acri aceto*, et aceto acri A

con-

confecto, [16]et frequenti [17]perfricatione, [18]curantur. [19]Item amygdala amara, cum aceto acri contrita, ſimiliter [20]operatur. Nam et trochiſci, ex [21]hac confecti, et in aceto [22]ſoluti, medentur. Poſt vero etiam [23]ſaponato lauare [24]linimento conueniet. Si vero, ve- 2
luti exanthemata, quas ſcabies dicimus, in facie vel genis, ex humorum [25]acredine, apparuerint; [26]hederae agreſtis folia, [27]cum melle contrita, pro [28]linimine adhibenda erunt: aut certe allium, cum ſalibus tritum, mixto oleo roſeo, ſimiliter adhibetur. Sic galbanum [29]oleo reſolutum. Sic [30]fex vini et iris Illyrica, vtraque contuſa et cum oleo roſeo commixta, [31]medetur. Et cedria, [32]cum cera aequa ponderatione commixta; et adipes anſerini ſimiliter, cum reſina et oleo et melle, operantur. Nitrum quoque cum porcinis adipibus. Nam et myrrha, cum tripla ponderatione [33]allii, melli [34]mixta, continuo [35]id [36]praeſtat. Et ſpuma argenti, cum foliis ru-

*Variae Lectiones*

16 *Et frequenti, et* deeſt in B atque *Aldo*
17 *Perfricatione*, confricatione A
18 *Curantur*, curatur B
19 *Item*, et B
20 *Operatur*, operantur A
21 *Hac*, hoc A
22 *Soluti*, reſoluti B
23 *Saponato*, ſubſcripto A
24 *Linimento*, linimenta B et *Aldus*
25 *Acredine*, acredine *vel plenitudine* A
26 *Hederae*, ederae B
27 *Cum*, ex A
28 *Linimine*, linimento A
29 *Oleo*, *cum* oleo A
30 *Fex*, ſeces A
31 *Medetur*, medebuntur A
32 *Cum cera*, cum *reſina et* caera A
33 *Allii melli*, albi mellis A
34 *Mixta*, mixta *et commixta* B
35 *Id*, abeſt in B
36 *Praeſtat*, praeſtatur B

tae [37]viridis et acri aceto [38]mixta, [39]ſimiliter
3 [40]ſcabies totius faciei [41]percurat. Si vero
tumor [42]remanſerit poſt curationem, ſales
foſſiles, triti cum aceto, [43]adhibentur; aut
4 taurinum gluten, cum ſinopide et aceto. Si
impetigo ex hoc, faciem vel cetera membra,
occupauerit; per initia triticum, in lamina
[44]calenti ferri, ſuperimponito; et [45]ſucco, qui
[46]emanauerit, adhuc tepido, [47]loca [48]pinna
[49]perunguito frequentius. [50]Et myrrha ſimiliter [51]operatur. [52]Frequentius et gutta
ammoniaca, cum aceto contrita, [53]perungue.

## *Variae Lectiones*

37 *Viridis*, viridibus A
38 *Mixta*, commixta B
39 *Similiter*, deeſt A
40 *Scabies; papulas ſupraſcriptas et* ſcabies A
41 *Percurat*, percurauit B
42 *Remanſerit*, permanſerit A
43 *Adhibentur*, compeſcunt A
44 *Calenti; candentis* perperam in ed. *Arg.*, quis enim quaeſo candentem ferri laminam, partibus vt imponatur, ferre poſſet?
45 *Succo; veluti* ſuco B
46 *Qui emanauerit*, qui *ex hoc* emanauerit A
47 *Loca*, def. A
48 *a Pinna — frequentius*, penna perungito A, penna frequentius, perungito *Aldus*
49 *Pinna perunguito*, pinna perungues B
50 *Et; hoc* et B
51 *Operatur*, facit B
52 *Frequentius et gutta*, Aliud. Gutta B
53 *Perungue*, perungendo eſt A

Traiectio hic loci aliqualis occurrit. *Arg.* ed. nimirum exhibet contextum hoc modo: "Et myrrha ſimiliter operatur. Frequentius et gutta ammoniaca, cum aceto contrita perungenda eſt". *Baſileenſis vero*: "Frequentius. Aliud. Gutta ammoniaca cum aceto contrita perunge. Hoc et myrra ſimiliter facit". Aſt *Noſtra*: "Hoc et myrrha ſimiliter operatur. Frequentius et gutta ammoniaca, cum aceto contrita, perungue".

Sic

Sic [54]ſuccus menthae: [55]ſic thus maſculum.
Sic [56]lapathum, contuſum cum ſalibus et
[57]aceto. [58]Sic gluten taurinum in aceto re-
ſolutum: [59]cui mannae thuris admiſcendus eſt
puluis, et ſimiliter adhibendum. Aliud. Sul-
fur viuum, cum aceto et pice commiſce; et
vtere. Si [60]papulae plures innatae [61]fuerint, 5
aceto tepido primo [62]foueto: poſtea nitro
cum aqua [63]ſoluto. Item de ſupradictis lini-
mentis. Si [64]autem longi temporis fuerint,
aut [65]acres; [66]tunc plumbi raſuram, ſulfur vi-
uum, gluten taurinum [67]in aceto viſcido co-
ctum et ſolutum, [68]inunguamus. Aliud. [69]Li- 6
lii agreſtis lacryma [70]loca [71]perungue; aut
[72]lapathi radicis corticem cum aceto conte-
rimus, et [73]cataplaſma [74]adhibemus: ante ta-

## *Variae Lectiones*

54 *Succus menthae*, gummi B
55 *Sic*, et B
56 *Lapathum contuſum*, apium contritum A
57 *Aceto*, aceto *reſolutum* B
58 *Sic — reſolutum*, non exſtat in B
59 *Cui — adhibendum*; *Arg.* habet: "cui manna et thus admiſcendum eſt, et puluis ſimiliter adhibendus". *Baſ.* "cui mannae thuris admiſcendus eſt, puluis et ſimiliter adhibendum".
60 *Papulae*, deeſt in B
61 *Fuerint*, ſint A
62 *Foueto*, fomenta B
63 *Soluto*, colluito A
64 *Autem*, aut B
65 *Acres*, agreſtis B
66 *Tunc*, abeſt in B
67 *In*, cum B
68 *Inunguamus*, vnguamus B
69 *Lilii — lacrima*, lilio agreſti, lachrymarum A
70 *Loca*, deeſt B
71 *Perungue*, perunguo B
72 *Lapathi*, lapathii A
73 *Cataplaſma*, cataplaſmata B
74 *Adhibemus*, adhibebimus B

men nitri puluere loca [75]defricando. Aliud. [76]Maluae agreſtis ſemen immaturum colliges, et ex hoc ſuccum elicies; quo, cum frequenter linieris, et [77]antiquas et [78]agreſtes impe-
7 tigines curabis. Aliqui, ex [79]diuerſiſſimis [80]ſpeciebus, trochiſcos, ad maiores [81]has cauſas, hoc modo [82]compoſuere: [83]alcyonii combuſti [84]ſemuncia, chamaeleontis nigrae [85]radicis vncia I, aſphodeli [86]radicis vncia I, [87]ſulfuris viui, [88]thuris maſculi, pyrethri, aphronitri [89]ana [90]ſemunciae ſingulae, [91]glutinis vnc. I; omnia cum aceto [92]coquantur: et
8 [93]operantur. Cum vero mundatae fuerint [94]percuratae, [95]tunc aſini adipibus loca per-

*Variae Lectiones*

75 *Defricando*, defricabo B
76 *Maluae*, mali B
77 *Antiquas*, antiquatas A
78 *Agreſtes — curabis*, agreſtes percurabis A
79 *Diuerſiſſimis*, diuerſis A
80 *Speciebus*, ſupraſcriptis componentes A. Species omnino ſunt diuerſiſſimae, nondum ſupraſcriptae. Lectioni hinc edit. B magis adhaereo: *componentes compoſuere*, odioſa tautologia.
81 *Curas*, has cauſas B
82 *Compoſuere*, confecerunt B
83 *Alcyonii combuſti*, alcyonium combuſtum B
84 *Semuncia*, ſemiuncia A ſemuncia I, B
85 *Radicis*, radices B
86 *Radicis*, radices B
87 *Sulfuris viui*, ſulfur viuum B
88 *Thuris — aphronitri*, thus maſculum, piretrum, aphronitrum B
89 *Ana*, manna B
90 *Semunciae*, ſenunciae, per errorem typographic. A, *Aldus* iſtum correxit.
91 *Glutinis*, gluten taurinum B
92 *Coquantur*, decoquantur *et fiunt* B
93 *Operantur*, ſic B cum *Aldo*, operamur A
94 *Percuratae; et* percuratae A
95 *Tunc*, deeſt B

un-

ungue: [96]ita maculis colorem [97]reſtitues naturalem. Haec omnia, quo fieri [98]poſſint, catholicis primo purgationibus[99]releuandi ſunt.

## Cap. XIX. *De* [1]*vſtione* [2]*calidae vel ignis.*

Vſtiones antequam [3a]veſicas erigant, [4]mu- 1
riam oliuarum frequenter infunde; [5]aut eaſdem oliuas ſalſas contritas, imponito. Et lactucae, tritae cum ſalibus, pro cataplaſmate impoſitae, continuo curant. [6]Et fel taurinum cum aqua plurima infunditur. Aliud. 2
Alumine ſciſſo, cum aceto contrito, omnes vſtiones vnguo. Nam et thus maſculum, cum aqua tritum, ſimiliter operatur: et ſales, cum oleo roſeo triti, [7]inliniuntur; et betae elixae contritae [8]imponuntur: et pollines tritici, cum ouis crudis mixtis, ſuperimponuntur. Sic etiam hederae agreſtis folia, in vino cocta, curant. Si vero, poſt eaſdem [9]vſtio- 3
nes, veſiculae [10]inquietarint; myrrham cum

### *Variae Lectiones*

96 *Ita maculis*, ſic B cum *Aldo*, et poſt ſerenatas maculas A

97 *Reſtitues*, reſtituas A

98 *Poſſint*, poſſit A

99 *Releuandi ſunt*, *Baſ.* addit: *vel iuuandi:* ſcilicet aegri.

C. XIX. 1 *Vſtione*, vſtionibus B. *Sc.* aquae, vel ex aliis liquidis.

2 *Calidae*, ſic B cum *Aldo*, calida A

3*a* *Veſicas*, ſic Aldus, *fluidas veſicas* A, phlictidas, hoc eſt veſicas B

4 *Muriam*, murium A

5 *Aut*, ſic B cum *Aldo*, et A

6 *Et fel — vnguo*, deſunt in B

7 *Inliniuntur*, inlinenturB

8 *Imponuntur*, imponentur B

9 *Vſtiones*, ſic B cum *Aldo*, vnctiones A

10 *Inquietarint*, inquietatae B

vi-

vino tere, et [11]impone: aut calcis viuae puluerem cum cerotario tempera, et [12]linteolo linitum, [13]impone. Si [14]vero etiam [15]vlcera
4 [16]fecerint; [17]porros terito, et locis impone: aut maluarum folia elixa, et cum oleo ſuperintrita, impones: aut lenticulae puluerem,
5 cum melle commixtum induces. [18]Nam et [19]amurca, [20]diplangio cocta, et mixta cum oleo, [21]vſtionem [22]curat. Et [23]murium ſimus, et hircorum cornua; vtraque combuſta, cum melle [24]eodem modo [25]adhibita. [26]Sic et [27b]columborum ſtercore combuſto, contrito, in linteolo adhibito, omnes vlcerationes ex vſtione venientes, [28]percurabimus. [29]Sic

## *Variae Lectiones*

11 *Impone*, imponito A
12 *Linteolo; in* lintheolo A
13 *Impone*, impones B
14 *Vero*, deeſt in B
15 *Vlcera*, ſic B cum *Aldo*, vulnera A
16 *Fecerint* (*ſcil.* vſtiones), fuerint B
17 *Porros — induces*, fronti inlitum iuuat B
18 *Nam — adhibita*, haec omnia exſtant in *ed. Argentoratenſis* capite X, *de oculorum cauſis*, inter verba: *commixto* (ſect. 21 vltimo) et (ſ. 22 primo) *ſi*. Vide omnino, quae dedimus ad C. XII. *Var. Lect.* 163.
19 *Amurca*, murica A
20 *Diplangio cocta*, decocta A
21 *Vſtionem*, aduſtionem A
22 *Curat*, curat *et capillos reparat* A, deſunt in B
23 *Murium*, murum B
24 *Eodem; et* eodem A
25 *Adhibentur*, adhibita A
26 *Sic*, deeſt in B, aſteriſco eius in locum poſito.
27b *Columborum — venientes*, A legit: Columborum ſtercora combures, et in lintheolo linis, (lini *Ald.*) cum oleo contrita, (conteres *Ald.*) quibus omnes exuſtiones venientes
28 *Percurabimus*, procurabimus A
29 *Sic — adhibetur*, omnia haec, ad finem vsque capitis, defic. A

etiam

etiam ſtercus ouium curat incenſa, ſimiliter cum cerotario mixtum. Et canis oſſa capitis incenſa, adſperſa, operantur. Sic cochlearum incenſarum cinis. Liquamine [c]ſuillo, 6
poſt vſtionem, frequenter loca vſta lauare conueniet. Et cancrorum fluminalium incenſorum cinis cum oleo curat. Sic et toſtae cucurbitae cinis cum oleo adhibetur. Et lenticulae ſemicoctae ex aqua, bene contritae, cataplaſma competentius adhibetur.

Cap. XX. *De carbunculis.*

[1]Generaliter his omnibus per initia [2]phle- 1
botomo ſubueniendum eſt. Specialiter vero locis [3]ſuperimponendum eſt cataplaſma de [4]arnogloſſa, [5]pane mundo, et lenticula cocta, [6]ex aqua. [7]Vlceribus vero [8]acriora et ca- 2
lidiora medicamenta ordinamus: vt [9a]*Andronici* trochiſcos, aut [10]*Polybii*: [11]qui [12b]ſoluti, cum dulci vino [13]et pingui, [14c]infuſo in mor-

*Variae Lectiones*

*c Suillo,* ſic *Aldus,* ſuino B

Cap. XX. 1 *Generaliter,* deeſt in B, ſtellula in locum eius ſubſtituta.

2 *Phlebotomo ſubueniendum eſt,* ſub * eſt B

3 *Superimponendum,* exprimit, adpoſita ſtellula, relictoque ſpatio: *ponendum* B

4 *Arnogloſſa,* arnogloſſo B

5 *Pane; cum* pane A

6 *Ex aqua,* deeſt in A

7 *Vlceribus,* ſic B cum *Aldo,* vulneribus A

8 *Acriora,* acria B

9a *Andronici trochiſcos,* ſic *Aldus,* Andronyci trociſcos A, Andronius trociſcus B

10 *Polybii,* polydionis B

11 *Qui,* deeſt in B

12b *Soluti,* ſollicitius A, ſollicitis *Ald.*

13 *Et,* aut A

14c *Infuſo — imponuntur,* infuſus et in mortario contuſus ſub cataplaſmate vulneri (vlceri *Ald.*) imponatur A. Sub confectione temperate infuſo in mortario ſub cataplaſmate imponuntur B

ta-

3 tario, ſub cataplaſmate, [15d]imponuntur. Si vero, [16]his adhibitis, [17e]vlceris radix occupauerit altiora; cauteres [18]admouendi eidem loco, ſi nullum [19]obſtiterit praeiudicium, aut loca vitalia periclitentur, quae ſunt in muſculis aut neruis [20f]attingentibus; [21]quae ignis [22]non poterunt ſuſtinere tormenta. [23]Qua de re frigido [24]rectius [25]cauterio [26]hoc vtimur, [27]quod [28]frequenter [29g]profuit: aquam, in [30]quam [31]calcem viuam [32]extinguimus, miſcemus feculae [33]et ſaponi, aequa

## *Variae Lectiones*

15d *Imponuntur — ſi uero*, omnia, his verbis in ed. B et *Ald.* interpoſita, gloſſema redolentia, *ed. Arg.* auctoritate relegauimus ex textu: "Aliqui vero e noſtris, his (iis *Ald.*) probatis adiutoriis carbunculos curauerunt: mollium ſalſamentorum combuſtorum cinis adhibitus iuuat. Rutae viridis folia cum aceto, erui puluis cum vino tritus: ſtercus ouium tritum vlceri imponitur. Ficus ſiccae et in vino coctae et contritae imponuntur. Vt ex altitudine vocare (euocare *Ald.*) poſſint, nuces vetuſtae contritae imponuntur. Haec adhibita bene nouimus operata".

16 *His adhibitis ; amice* his adhibitis B

17e *Vlceris*, ſic *Aldus*, vulneris A, vlceribus B

18 *Admouendi — loco*, admoueo eodem loco B

19 *Obſtiterit*, occurrerit B

20f *Attingentibus*, aut tenontibus B, deeſt in *Aldo*. Forſan: *aut tendinibus*.

21 *Quae*, neque A

22 *Non*, deſ. A

23 *Qua de re*, deſunt in B

24 *Rectius*, deſ. A

25 *Cauterio*, cautere B

26 *Hoc*, deeſt A

27 *Quod*, qui B

28 *Frequenter*, frequenter *a nobis adhibitus* B

29g *Profuit*, approbabimus A, approbauimus *Aldus*. *Baſ.* addit: "qui hoc modo fieri debet".

30 *Quam*, qua A

31 *Calcem viuam*, calcis viuae puluerem A

32 *Extinguimus*, tingimus B

33 *Et ſaponi; nitro* et ſaponi A

pon-

ponderatione: et [34]ex eo linimus loca, quae
comburi [35]mitius placet. [36]Super tamen, ca-
taplaſmate [37]contegenda ſunt, [38]quamdiu ſor-
des eius vlceris cadant, quae altius [39]inhae-
rebant. [40]Sunt et alia, quae [41]ex hoc velu- 4
ti clauos poſſint euellere; [42]vt [43]vuae paſſae
enucleatae, ſolae contritae: [44]aut ficus ſic-
cae, in vino decoctae, et contritae. Sic lu-
pini, in vino ſimiliter [45]cocti et purgati, te-
runtur et imponuntur. Sic ſtercora [46]co-
lumbarum cum melle contrita. Sic mentha
cum aqua contrita. Sic nitrum cum ruta
viridi et aceto tritum. Sic [47]rapa cum vua
paſſa et porcinis adipibus, admixta etiam
pice liquida. Omnibus, ſub aequa menſura 5
temperatis [48]et adhibitis, [49]velocius ſemper
loca periclitantia [50]liberata ſunt.

## *Variae Lectiones*

34 *Ex eo*, deſunt in B
35 *Mitius*, def. A
36 *Super — cataplaſmate*, ſuper cataplaſmata A
37 *Contegenda*, loca tegenda A
38 *Quamdiu — cadant*, ſic B cum *Aldo*, donec illa cadant A
39 *Inhaerebant*, inhaerebunt B
40 *Sunt*, def. B et *Ald*.
41 *Ex—euellere*, ſic B cum *Aldo*, os carbunculi ſepeliant: videlicet A. Locus in mendo cubans.
42 *Vt*, def. A
43 *Vuae — contritae*, vua paſſa enucleata ſola contrita facere ſolet: B
44 *Aut ficus — contritae*, aut fici ſicci in vino decocti et triti B
45 *Cocti*, ſic B cum *Aldo*, deeſt A
46 *Columbarum*, columborum B
47 *Rapa*, ſapo B. et *Ald*.
48 *Et*, def. B
49 *Velocius*, vlcerum A
50 *Liberata; carbunculis* liberata B

Cap. XXI. *De vulneribus variis caſibus*[1] *inflictis.*

1 [2-3]Seu telo, ſeu morſu [4]canum [5]aliarumue ferarum, ſeu ex quolibet caſu [6]neruo vulnerato, quos [7]*neurotrotos* appellamus; [8]inpactis vulneribus [9]omnibus, generaliter continuo hoc adhibendum erit, quod glutinare et curare [10]membra valeat [11]vulnerata.

2 Myrrhae puluerem adſpergo, [12]quem permanere faciam ſine aliquo humore: continuo [13]enim et glutinat et [14]colligat. Et rubus, elixa et trita, hoc facit. Hoc iris Illyrica tunſa, et [15]melli mixta, [16]atque in panno lineo impoſita. Et ariſtolochiae puluis,

*Variae Lectiones*

Cap. XXI. 1 Inſcriptio huius cap. editionis A retinetur in noſtra; niſi quod, *inflictis*, loco *infixis*, ex B ſit receptum. *Baſil.* vero in frontiſpicio ſequentia gerit verba: "De vulneribus inflictis corporibus, ſeu telo, ſeu morſu canum rabioſorum vel ferarum: ſeu ex quolibet caſu neruo vulnerato, quos et neurotrotus appellamus".

2 *Seu — appellamus,* haec omnia, prout *n. i.* iam diximus, haud in initio capitis, ſed in ipſa illius inſcriptione, offenduntur in B

3 *Seu,* ſi A

4 *Canum,* canum *rabioſorum* B

5 *Aliarumue,* vel B

6 *Neruo,* ſic B et *Aldus,* neutro A

7 *Neurotrotos;* neutrotos A, neurotrotus B

8 *Inpactis,* impactis B et *Aldus. Impactis* conſtituit initium huius capitis in ed. B

9 *Omnibus generaliter,* generaliter omnibus B

10 *Membra valeat,* valeat membra A

11 *Vulnerata — adſpergo,* vulnerum puluerem adſpergo B

12 *Quem permanere,* quo perare B

13 *Enim et,* etenim A

14 *Colligat,* colligit A

15 *Melli,* melle B

16 *Atque,* ſimiliter B

cum

cum aqua [17]mixtus, hoc idem facit: [18]nam et oſſa ſaepius [19]conligauit. Et [20]omphacium tritum cum vino ſic curat, per [21]initium adhibitum. Sic [22]puluis thuris maſculi. [23]Et myrrhae puluis cum vino et melle coctus et temperatus, continuo medetur. Sane ſub 3
his adiutoriis, quae ſemper futuris obſtant feruoribus, vtilis eſt, ſub vno ſchemate, etiam [24]patientia vulnerati. A [25]lauacri vero, a foci, [26]a ſolis calore vel [27]aeris frigore, [28]a clamore, [29]vinolentia, vſu [30]veneris, iracundia, cuſtodiantur: [31]ne, quod iam [32]aut collectum, aut glutinatum eſt, his occaſionibus [33]reſoluatur. Haec etiam [34]praetermit- 4
tere non debui, Amice, per omne corpus, recentibus vulneribus, frequenti adprobatione, [35]laudata. [36]Panis combuſti puluerem

## *Variae Lectiones*

17 *Mixtus*, mixta B
18 *Nam et*, idemque A
19 *Conligauit*, colligabit A
20 *Omphacium*, ſic B cum *Aldo*, omphacinum A
21 *Initium*, initia A
22 *Puluis*, abeſt a B
23 *Et*; *nam* et B
24 *Patientia vulnerati*, faſcia vulneratis B. Vtrumque bonum. Tranquillitas enim animi maximum vulneratorum adiutorium: faſcia itidem. Vltimum vero *de faſcia* per ſe iam notum: hinc noſtram lectionem praetulimus.
25 *Lauacri*, lauacris B
26 *A*, vel B
27 *Aeris*; *ab* aeris B
28 *A*, def. B
29 *Vinolentia*, violentia B perperam. Vſus vini vulneratis maxime damnoſus. Violentia incongruum hic loci eſt vocabulum, cum mox occurrat et *iracundia*.
30 *Veneris*, venereo A
31 *Ne*, necubi B
32 *Aut*, def. B
33 *Reſoluatur*, ſoluatur A
34 *Praetermittere*; *requirenda* praetermittere B
35 *Laudata*, addit B *quae te adhibere ſuadeo*.
36 *Panis*, Allii igitur A



vul-

vulneri adſperge. Sic etiam ſcillam tritam [37]imponito, et ſub vtriſque [38]adiutoriis, [39]aliquot continuis diebus, penitus [40]maneat [41]in quiete: quo continuo percurari poſſit. Nam et [42]myrrha, et lanarum ſuccidarum combuſtarum cinis vulneri aſperſus, ſimiliter [43]operabitur. Item aliud. [44]Mali granati folia, cum melle [45]trita, mixto vino, imponito; [46]deſuperque linteolum, infuſum reſina [47]terebinthina, ſuperaddito. [48]Item lanis [49]operiatur, vino et oleo [50]diligentius infuſis. [51]Aliud: fabae Syriacae radicem ſiccam [52]tundis, cribellas; et [53]loco eius [54]puluerem [55]ad-

## *Variae Lectiones*

37 *Imponito*, ſuperimponito B

38 *Adiutoriis*, adiutoriis *iſtis* B

39 *Aliquot*, quatuor B

40 *Maneat ; vulnus* maneat B

41 *In quiete*, inquietatum A. Omnino vulnus maneat in quiete : ad aerem nimirum, vulneribus ſemper inimicum, arcendum, conſolidationemque promouendam ; niſi grauiora obſtent ſymptomata, v. g. dolor, haemorrhagia, putredo cet. Conf. *Magati de rara medicatione vulnerum*, doctiſſimus liber aeque ac vtiliſſimus ; in quo omnia, e Veteribus praeprimis collecta, huc pertinentia, inuenies.

42 *Myrrha*, myrrhae A

43 *Operabitur*, operatur B

44 *Maligranati folia*, malogranata B fere vbique. Malogranati vel malogranata A

45 *Trita*, contrita B

46 *Deſuperque*, deſuper B

47 *Terebinthina ; et* terebinthina A

48 *Item*, vt B

49 *Operiatur*, operiantur A

50 *Diligentius*, diligenter A

51 *Aliud ; Item* aliud A

52 *Tundis, cribellas*, contunde et cribella B

53 *Loco*, loca A

54 *Puluerem*, puluere A

55 *Adſpergis*, aſperge B

ſper-

ſpergis. [56]Aliud. Oliuarum amurcam [57]coques primum igne fortiori ad primam mundationem; ſecundo et tertio, molli vapore [58]parcius ferueat, quo pingueſcere poſſit. Cum vero coagulauerit, [59]repones in vas mundum; et, cum frigeſcere coeperit, [60]linteolo infuſa, [61]loco percuſſo [62]imponimus. Operabitur [63]vero fortius medicamentum, ſi gallarum [64]puluerem admiſceamus. Aliqui eandem amurcam cum eodem puluere coquunt, et [65]ita vtuntur. Alii vero ſulfuris viui [66]et origani puluerem, aequa menſura, vulneri adſpergunt. Qui vero ferro [67]altum 6
vulnus ſuſcipiunt, fel bouis vnciarum II, et ficus nigrae [68]lacrymam [69]vnc. I, et [70]adipes caprinos vnc. III, [71]in vnum commiſce, et tempera; et hoc medicamento [72]curatur. Aliud. Baccas lauri, cum reſina tunſas, locis imponimus. Glutinantia vero adiutoria 7
haec ſunt: reſinae [73]ſiccae puluis, capilli ho-

## *Variae Lectiones*

56 *Aliud; Idem* aliud A
57 *Coques — fortiori*, coque primo igni fortiori B
58 *Parcius ferueat*, def. A
59 *Repones*, reponis A
60 *Linteolo*, lintheola A
61 *Loco*; *in* loco B
62 *Imponimus*, opponimus A
63 *Vero — gallarum*, fortius virtus, ſi medicamentis gallarum B
64 *Puluerem*, puluere A
65 *Ita — vero*, deſunt in A
66 *Et origani*, cum origani B
67 *Altum*; *in* altum A
68 *Lacrymam*, lachrymum A
69 *Vnc. I*, ∸ II. A. Signum vnciae.
70 *Adipes caprinos*, adeps caprinus A
71 *In vnum — tempera*, in vinum commiſcetur et temperatur A
72 *Curatur*, curabimus B
73 *Siccae*, Syriae A

minum, aequa ponderatione, cum thure maſculo [74]combuſti, et cribellati. Sed cum puluerem adſpergere coeperis, [75]perunguendum eſt vulnus [76]picrae ſolutione. Particulam vtris vinarii[77]reſinamque ex aequo[78]combures, et vteris puluere [79]collecto: [80]qui et ſanguinis fluxus valeat prohibere. Et mandragorae [81]foliis, tritis cum vino et aqua, [82]altiores percuſſus [83]cataplasmabimus. Aliud.
8 Maligranati [84]dulcis grana, cocta in vino, [85]diligentius terimus, et in vicem cataplasmatis adhibemus adiutorium [86]probatum. [87]Sed et betarum ſurculos, exceptis foliis, elixos et tritos, imponimus, [88]ſimiliter pro-
9 futuros. Si canis [a]morſu [89]quis fuerit vulneratus; continuo ſpongia, aqua frigida infuſa, aut [90]oxymelite, imponenda eſt, quae

*Variae Lectiones*

74 *Combuſti*, tunſi A
75 *Perunguendum*, praeungendum A
76 *Picrae ſolutione*, pice ſolutiore B. Nec hanc lectionem reiicio, interim tamen verbo: *perunguendum* conuenit magis noſtra.
77 *Reſinamque*, et reſinam A
78 *Combures*, comburis A
79 *Collecto*, collitico B
80 *Qui et*, et qui B
81 *Foliis tritis*, folia trita A
82 *Altiores percuſſus*, def. A
83 *Cataplaſmabimus*, cataplaſmauimus B, addendo: "quae compendioſius percurarunt".
84 *Dulcis — cocta*, grana dulcia cocta B
85 *Diligentius*, diligenter A
86 *Probatum*, approbatum A
87 *Sed*, nam B
88 *Similiter*, ſimiliter *profuturos* B
a *Morſu*, morſui *Aldus*
89 *Quis fuerit*, fuerit quis B
90 *Oxymelite*, oxymellite A oxymeliti B

fre-

frequenter exhinc irriganda erit. Primo vero eiusdem vulnerati lotio vulnus, ſecundum Phyſicos, fomentandum eſt. Et porri cum melle triti et impoſiti, eodem modo medentur. Et lacryma arboris ficus continuo [91]ſi vnguas, hoc idem [92]praeſtat. Et ſpongiae rudis combuſtae cinis cum liquamine mixtus, [93]par beneficium facit. [94]Aliud.
Sales triti, [95]in linteolo ligati, [96]aceto in- 10
funduntur, et ex hoc vulnus tamdiu [97b]baptizandum eſt vel infundendum, [98]quamdiu ſanguinem [99]eiiciat. Poſtea vero, [100]transactis primis diebus, quibus feruor obſeruari conſueuit, [101]cum ſanari coeperit; eruum tritum cum melle vulneri impone; aut lentis puluerem, cum melle deſpumato, ſimiliter. Quae vero in feruore fuerint, ſpuma argenti, cum melle trita et impoſita, continuo mitigat: praefomentanda ſunt interea vulnera aqua gelida. Etiam qui humanos morſus patiuntur, [102]adiutoriis ſupradictis,
[103]percurantur. Si vero, his accidentibus 11
vulneribus, etiam neruus [104]forte fuerit vul-

*Variae Lectiones*

91 *Si vnguas*, in vnctis B
92 *Praeſtat*, praeſtas A
93 *Optimum*, par B
94 *Aliud*, deſ. A
95 *In; ac* in A
96 *Aceto infunduntur*, in aceto confunduntur B
97*b* *Baptizandum* apozimandum A, apoximandum *Aldus*
98 *Quamdiu* donec A
99 *Eiiciat*, eliciat A, *ex eodem vulnere ſanguinem* eiiciat B
100 *Transactis—conſueuit*, deſ. A
101 *Cum — coeperit*, deſ. B
102 *Adiutoriis; ſimilibus etenim* adiutoriis B
103 *Percurantur*, percurabuntur B
104 *Forte*, deeſt A

neratus, in quo graue periculum frequenter [105]euenit, cuiusque patefactio diutius cuſtodienda eſt, ad humoris ex vulnere venientis digeſtionem, [106]quo ex hoc impetus et dolores auerti poſſint; frequenter etiam ferro hanc [107]anaſtomoſin procurare debemus. Conuenit interea prae omnibus, [108]etiam his phlebotomum adhibere: conuenit etiam, eos
12 ventris purgatione [109]iuuari. Aquarum ſane calidarum fomenta fugienda ſunt, quae [110]putredines et [111]indignationes ſaepe [112]procurarunt: ſed oleo Sabinenſi, vel dulci tepido, aut certe vetuſto, frequenter vulnera ipſa [113]fouenda [114]erunt. Viride vero oleum vel
13 gremiale penitus vitandum eſt. [115]Vtimur tamen, hora poſt fomentationem olei calidi ſupradicti, ſola terebinthina reſina, linteolis infuſis et adpoſitis: vtilius, ſi terebinthinae, etiam euphorbii [116]quippiam pulueris admiſceamus. Feminis vero vel pueris, delicatiora

*Variae Lectiones*

105 Inter *euenit* et *cum* habet A: "cuiusque patefactio prius cuſtodienda eſt, ad humoris ex vulnere veniemus digeſtionem." B vero: "coctis eiusdem vulneris, patefacto prius, diutius cuſtodienda eſt ad humoris ex vulnere venientis digeſtionem."

106 *Quo*, cum B

107 *Anaſtomoſin*, anaſtomaſin A

108 *Etiam his*, his etiam B

109 *Iuuari*, iuuare A

110 *Putredines*, putredinis B

111 *Indignationes*, indignationis occaſiones B

112 *Procurarunt*, procurauerunt B

113 *Fouenda*, fomentanda A

114 *Erunt*, ſunt A

115 *Vtimur — poſt*, Vtimur tamen poſt A, hora tamen poſt B

116 *Quippiam pulueris*, puluerem quippiam B

cor-

corpora habentibus, etiam ſolius terebinthinae [117]ſufficiet beneficium. Ceteris vero, vt ſuperius comprehendi, terebinthina cum euphorbio, et oleo [118]miſcenda eſt: addenda [119]et cera propolis, addendum [120]ſagapenum, [121]addendum laſer; [122]etiam opopanacis adiuncti beneficium experti adteſtamur. [123]Ali- 14
ud, quod [124]in experimentis [125]neruorum [126]vulnerationi adhibemus: [127]viuae calcis puluerem, diebus canicularibus, ex aqua marina lauamus, quam [128]cuſtodiemus: huic medicamento mixturi euphorbium, ſulfur viuum, puluerem calcis lotae [129]diligenter, in vnciis ſingulis; [130]terebinthinam, ceram, picem, in vnciis tribus. Interea, per initia 15
[131]vulnerationis, cataplasmate tali vti nos

## *Variae Lectiones*

117 *Sufficiet*, ſufficit B

118 *Miſcenda*, admiſcenda B

119 *Et*, etiam B

120 *Sagapenum*, ſagapinum B

121 *Addendum laſer*, addendum *etiam* laſer B

122 *Etiam — adteſtamur*, "addenda et opopanace: quibus coniunctis beneficium atteſtamur" A, "etiam opopanacis adiuncti *rite* beneficium experti *certius* adteſtamur" B

123 *Aliud*; *Item* aliud A

124 *In*, deeſt in B. *In experimentis*. Subintelligit absque dubio librum ſuum de *Phyſica Scientia*, huic operi, ſubiunctum.

125 *Neruorum*; *ad* neruorum A

126 *Vulnerationi*, vulnerationes A

127 *Viuae — puluerem*, iuuat. Calcis puluerem A

128 *Cuſtodiemus*, cuſtodiamus B

129 *Diligenter*, deligenter A

130 *Terebinthinam—tribus*, terebinthina, cera pice in vnciis ternis B

131 *Vulnerationis*; *ad virorum* vulnerationes A

conuenit, ex melle, aceto, oleo roſeo medice admixto, cum fabae pollinibus coctis, et temperatis. Poſt cataplasmatis vero beneficium, hoc eſt aptiſſimum adiutorium: euphorbium, cera, reſina, in ſingulis libris, oleum in duabus: ſed euphorbium cum aqua prius terimus, et, ſuperioribus ſolutis, vt moris eſt, admiſcemus. Superaddimus interea etiam [132]ſalis quippiam: vt os [133]patulum, [134]humoris noxii digeſtionibus, procuremus. Nam et [135]Melanchorus trochiſcus ſemper his vtiliſſimus fuit, cum aceto tritus,
16 et [136]liquido cerotario temperatus. Sunt etiam alia adiutoria, his cauſis aptiſſima, ſub vna virtute [137c]varie compoſita: ſed, paucis magis et probatis, vti nos conueniet, [138]quorum [139]perſeuerantia effectum [140]facillimum [141]poterit [142]procurare.

## *Variae Lectiones*

132 *Salis*, de ſalibus B

133 *Patulum*, patulam cuſtodientes B

134 *Humoris—procuremus*, humores noſſe cum digeſtionibus paremus. *Baſ.* Humoris noxii digeſtionibus procurare, eſt curare, vt humores noxii digerantur, diſſlentur, atque egerantur.

135 *Melanchorus*, melanchlorus B

136 *Liquido*, aliquando cum A

137 *Varie*, variae A

138 *Quorum*, ſic B cum *Aldo*, quarum A

139 *Perſeuerantia*, perſeuerantiae A

140 *Facillimum*, faciliſſimum B

141 *Poterit*, potuerunt A

142 *Procurare*, curare B

Cap.

## Cap. XXII. *De [1]vlceribus [2]ſponte naſcentibus.*

[3]Vlcera varia, aut ex humorum acredine 1
vel plenitudine generantur, aut, prae-
euntibus [4]diuerſis ictibus, acquiruntur: quae,
imperitia medicorum frequenter, aut adiu-
toriorum inopia, procurata [5]vetuſtate, [6]chi-
ronia fiunt. Igitur cum [7]vlcera retinentia et 2
caua ſuerint, ſic curanda vel replenda erunt:
mel et reſinam [8]terebinthinam, aequa pon-
deratione, in cacabo facies ſolui; item ad-
des butyri [9]tantundem; [10]et ex hoc, infuſis
linteolis, vteris. Aliud. Reſinae puluerem,
ceram et [11]adipem, [12]aequa ponderatione,
[13]commiſcebis; et ſimiliter adhibebis. Cum 3
[14]aequalia in ſuperficie fuerint, hoc [15]inſe-
quenti rectius vteris medicamento: ſpumae
argenti [16]vnc. VI, [17]cerae vnc. III, reſinae
vnc. II, olei vnc. [18]IX; conficies, vt moris
eſt, ad emplaſtri temperamentum, quo ci-

### *Variae Lectiones*

Cap. XXII. 1 *Vlceribus*, vulneribus A
2 *Sponte*, ex ſe A
3 *Vlcera* vulnera A
4 *Diverſis*; *levibus vulneribus vel* diverſis B
5 *Vetuſtate*, vetuſta et A
6 *Chironia*, chronia B
7 *Ulcera retinentia*, vulnera recentia A. Vlcera retinentia, i. e. diutius durantia, vel ſordes retinentia.
8 *Terebinthinam* def. B
9 *Tantundem*, tantum B
10 *Et ex*, ex B
11 *Adipem*, adipes porcinos vel hirci B
12 *Aequa ponderatione*, deeſt in A
13 *Commiſcebis*, miſces A
14 *Aequalia*; *vero haec eadem vlcera* aequalia B
15 *Vteris*; *inſequenti rectius* vteris B
16 *Vnc. VI*, ÷ III A
17 *Cerae vnc. III*, def. A
18 *Vnc. IX*, vncias VIII B

4 catrices [19]vtilius valeas procurare. [20]Sin ve-
ro, tranſcendens [21]vlceris planiciem, plus ex-
creuerit [22]caro corruptior; [23]Phrygium lapi-
dem [24]tundes, et eius puluerem [25]adſperges.
Aliud. Aeris purgamentum tunſum ſimiliter
adhibendum eſt: [26]id aceto temperabis, hu-
5 more importuno permanente. Et dum vul-
nus a ſanitate prohibetur, hoc adiutorio [27]cu-
randum eſt: plumbi purgamenta, [28]aerugi-
nem, [29]vncias ſingulas, [30]aloes et calcis vi-
uae, vncias binas: [31]tundes et cribellabis, et
6 [32]vlceri [33]adſperges. Si cicatricem [34]fieri vo-
lueris, hoc emplaſtrum facies: cerae vnc II,
reſinae vnc. I, thuris et aeruginis vncias ſin-
gulas, olei Cyprini vnc. VIII; conficies vt
moris eſt, et [35]impones [36]emplaſtrum proba-

*Variae Lectiones*

19 *Vtilius*, vtiles B
20 *Sin*, ſi B
21 *Vlceris*, deeſt A
22 *Caro corruptior*, acrior eruptio A
23 *Phrygium*, diphrigem B
24 *Tundes*, tundis A
25 *Adſperges*, adſpergisA
26 *Id — adiutorio*, ſi cacoethum tentauerit cum humore importuno permanente, et ex diu hulcus a ſanitate prohibetur, hoc adiutorio B
27 *Curandum*, percurandum A
28 *Aeruginem*, eruginis A
29 *Vncias ſingulas*, in vnciis ſingulis B
30 *Aloes*, aloe A
31 *Tundes — cribellabis*, tundis et cribellas A
32 *Vlceri*, vulneri A
33 *Adſperges*, poſt hoc verbum occurrunt in B ante iam poſita nro 25, his verbis: *etiam ſolum aeris purgamentum tunſum ſimiliter adhibendum eſt.*
34 *Fieri*, ferri ſanare A
35 *Impones*, ſic B cum *Aldo*, imponis A
36 *Emplaſtrum probatiſſimum*, emplaſtro probatiſſimo B

tiſ-

tiſſimum. Si nimis antiqua [37]vlcera fuerint, [38]cerae in ſole liquefactae commiſcendus erit puluis floris aeraminis, vt ad temperamentum emplaſtri [39]perueniat ; [40]et vtere : [41]neque frequenter [42]ſoluere, [43]ſed etiam faſciola cuſtodire, [44]debebis. [45]Item [46]chironiis vlceri- 8
bus, [47]hoc emplaſtrum approbabimus: [48]lapidis chalcitidis, [49]cerae [50]in vnciis ſingulis ; aluminis ſciſſi [51]vncia I: his commixtis et
temperatis, [52]vtendum eſt. Sunt et alia [53]vl- 9
cerum genera, quae [54]ſerpunt [55]ad loca vicina, [56]atque his adiutoriis percurantur : lenticula cocta [57]melle commixta, et folia caulium cum melle ſimiliter. Et coriandrum viride cum melle. His etiam [58]lini ſeminis ex

## *Variae Lectiones*

37 *Vlcera*, vulnera A
38 *Cerae — liquefactae*, ceram in ſole liquefacies, et B
39 *Perueniat* , veniat B
40 *Et vteris*, vtere B
41 *Neque*, ne B
42 *Soluere*, ſoluas B
43 *Sed*, quod B
44 *Debebis*, debebit B
45 *Item*, Nam et B
46 *Chironiis vlceribus ; Chronicis vel* chironiis vulneribus A
47 *Hoc — approbabimus*, def. B
48 *Lapidis chalcitidis*, chalcu B
49 *Cerae, vnciis*, cera in vnciis A
50 *In*, deeſt in B
51 *Vncia*, ſemuncia B
52 *Vtendum eſt*, vtimur A
53 *Vlcerum*, vulnerum A
54 *Quae — ſerpunt*, inter haec verba B exhibet : *Sui naturali morbo ſemper vti malefaciendo ſerpunt. Madefaciendo* ex coni. Infra enim quoque (ſect. II) occurrit *madefactio.*
55 *Ad*, def. B
56 *Atque*, quae B
57 *Melle*, et melli A
58 *Lini — puluere*, ſic B cum *Aldo*, ex lini ſeminis puluerem A

pul-

puluere, [59]cocto in vino et oleo, [60]cataplasma ſemper adhibui. Sic ex milii [61]polline [62]ſimiliter feci. Sic etiam hederae folia [63]in vino coxi, et cum melle trita [64]impoſui: foui etiam de eadem [65]decoctione [66]vlcera
10 frequenter. Si calloſitas emerſerit, in qua ſemper eſt tarditas [67]vlceribus ad ſanationem; aeris florem coctum terimus, et ex eo puluere [68]vlcera ſanabo; et tithymali lacrymam, [69]cum vino et melle mixtam, in vicem ca-
11 taplasmatis, [70]adhibebo. Si madefactio permanſerit, his adhibitis, ſales tritos cum melle imponam, et [71]deſuper, [72]ficubus tritis incoctis, cataplasmabo. Et amygdala amara ſic curant, locis adhibita, [73]cum melle contrita. Sic porri, in vino cocti, eodem modo curant. Sic erui puluis cum melle, et oliuarum viridia folia in vino cocta, [74]trita adhibentur: ex quo vino prius [75]fomentari loca ſuadeo. Similiter [76]etiam ex aqua, in qua alumen ſciſſum, infundendum [77]erit.

## *Variae Lectiones*

59 *Cocto*, ſic B atque *Aldus*, cocti A
60 *Cataplasma*, cataplasmata A
61 *Polline*, pollinibus A;
62 *Similiter*, deeſt in A
63 *In vino*, def. B
64 *Impoſui*, ſuperimpoſui A
65 *Decoctione*, coctione B
66 *Vlcera*, vulnera A
67 *Vlceribus*, vulneribus A
68 *Vlcera*, vulnera A
69 *Cum vino*, vino B
70 *Adhibebo*, adhibeo A
71 *Deſuper*, ſuper B
72 *Ficubus — incoctis*, ficis tritis et incoctis A
73 *Cum; et* cum A
74 *Trita; et* trita A
75 *Fomentari — ſuadeo*, loca fomentari debent.
76 *Etiam — aqua*, ex aqua etiam A
77 *Eſt*, erit A

Cap.

## Cap. XXIII. *De igne ſacro.*

[1]Huic multiformis eſt cura deligenda. Aliter enim [2]febricitantibus emergens, curatur: aliter [3]cui febres [4]ſuperueniunt. Nam et omnibus partibus corporum generaliter [5]adiutoria adhiberi ſimilia poſſunt: excepto tamen capite vel facie, quorum eſt quammaxime cauſa ſolicita. Vicinitatem enim ad- 2
petendo ignis [6]ille ſerpens, oris aliquando, [7]vel linguae, aut gutturis partes facilius pulſat, [8]et, veluti ſuperficiem [9]derelinquens, [10]attentat interiora [11]moleſtius; in quibus vitae periculum formidandum eſt. Nam et *Hippocrates* hac eos ſententia [12]viſitat: *ignis ſacer*, [13]*ſi interiora* [14]*petierit*, *moleſtum erit*: *ſi in cutibus* [15]*perſeuerauerit*; *curari* [16]*poterit.*
Ergo, ſi cum febribus, et in ſupradictis par- 3
tibus apparuerit; intra tertium diem phlebo-

### *Variae Lectiones*

Cap. XXIII. 1 *Huic — deligenda*, De igni ſacro tractandum eſt, cuius multiformis cura eſt et diligentia B
2 *Febricitantibus; in* febricitantibus A
3 *Cui; in eo* cui A
4 *Superueniunt*, ſuperueniunt *viſitatur* A
5 *Adiutoria — ſimilia*, adiutoria ſimiliter adhiberi B
6 *Ille*, def. B
7 *Vel*, aut B
8 *Et veluti; vel ſolicitat* et veluti B
9 *Derelinquens*, derelinquit B
10 *Attentat*, continuo inſtat A
11 *Moleſtius*, moleſtare A
12 *Viſitat*, viſitauit B
13 *Si; ait*, ſi A
14 *Petierit*, appetiuerit A
15 *Perſeuerauerit*, perſeueret A
16 *Poterit*, poteſt B

to-

tomandi ſunt, et [17]purgandi; [18]a cibis [19]penitus [20]abſtinendo. [21]Sed tamen cataplasmata chalaſtica, et fomenta hic fugienda ſunt, ignis vim et dolores augentia: ſed, [22]lenibus linimentis, [23]euocatorie curandum, quae ſine grauedine [24]poſſint afferre [25]vtilitatem.
4 [26]Si phlebotomus ſane, vel cathartica, [27]certa

## *Variae Lectiones*

17 *Purgandi*, cathartico depurgandi B

18 *A; et* a B

19 *Penitus abſtinendo*, abſtinendi B

20 *Abſtinendo*, poſt hoc vocabulum gloſſema ſequens in ed. *Argentor.* occurrit: *Si tamen virium non occurrerit foetoſa debilitatio.*

21 *Sed — augentia,. Arg.* Dabis adhuc cataplasmata calida, et *fomenta* humectantia: frigienda (fugienda) ſunt, ignem cauſaeque dolorem augentia: *Ald.* Dabis adhuc cataplasmata calida, et *fomenta* humectantia, fugienda ſunt, ignem cauſaeque dolorem augentia. *Baſ.* "Sed tamen cataplasmata chalaſtica et *fomentum* hic fugienda ſunt, ignis vim et dolores augentia". Huius editionis *Baſil.* lectionem ſequimur, praeterquam quod *fomenta* cum A et *Aldo* legimus.

22 *Lenibus linimentis*, leuibus lenimentis B

23 *Euocatorie curandum*, euocatoriis, et curantibus A

24 *Poſſint*, poſſunt A

25 *Vtilitatem*, remediumB

26 *Si; vngendi ſunt.* Si A

27 A verbo: *certa*, vltimo in ed. *Baſileenſi*, magnus reperitur hiatus ad C. vsque XXVII. Pars nimirum poſterior et quidem maior C. XXIII, vt et integra XXIV, XXV, XXVI capitula, editionem *Baſileenſem* penitus deficiunt. Quae igitur ſequuntur noſtra in editione, curſiuo (quem vocant) literarum charactere expreſſa; ea omnia ex *ed. Argentoratenſi* (qua cum *Aldina* ex aſſe congruit) ſola ſunt depromta.

*de*

*de cauſa praetermittenda ſunt, clyſteribus aſſiduis imminebo: quo competentibus et aſſiduis purgationibus ventris, quod phlebotomo negatum eſt, poſſimus compenſare. Frigidi tactus et acres, vitandi ſunt: infrigidatae enim partes facilius commouentur. Declinantibus febri-* 5
*bus hoc trochiſco vti conſueui, omnibus temporibus et locis aptiſſimo: ſpuma argenti, ceruſſa, ſulfure viuo, croco, opio, ſub aequo tunſis, et cribellatis, et cum paſſo, vel ſuccis ſtrychni temperato. Nam iſtorum euporiſtorum frequentium ſemper beneficia profuerunt. Butyrum cum ſtrychni ſucco adhibetur; et acacia cum aceto, vel aqua; et ſpuma argenti cum ſucco porrorum, vel betarum; et gutta ammoniaci cum aqua; et cimolia cum alphita, et ſtrychni ſucco; et oua recentia in aceto, cum oleo; et bulborum combuſtorum cinis, cum melle. Oleum Cyprinum cum melle mixtum: et ceruſſa cum aceto: et vaſorum fictilium puluis cum aceto, et thus maſculum cum ceruſſa: omnibus, aut ſingulis commixtis: aliquibus mixto pane, aliquibus ex aqua coctis, et contritis. Nam et folia in vino cocta, et contrita, impoſita, ſaepe profuerunt igni ſacro.*
*Si etiam poſt haec ignis ille ſacer adhuc inſanie-* 7
*rit, et ruboris ſolicitudo perſeuerauerit; iam cataplasmatibus de ſeminibus cum melle coctis, imminendum erit. Adhibeo etiam locis ſcarificationem: adhibeo fomenta aptiora, et ex eisdem deſuper cataplasmatibus frequenter requiro beneficium. Periculoſum eſt etenim, cauſa permanente, adiutoria variare.*

Cap.

## Cap. XXIV. De apum percuſſibus, vel ſcorpionum, ceterorumque ſerpentum.

1 *Apum percuſſus maluarum folia impoſita continuo curant: et ſiſami folia; vel ipſum tritum et appoſitum. Et lauri folia molliora, trita cum vino, potui data, ſaepe curauerunt.*
2 *Scorpionum vero percuſſus, ſales frixi et cum oleo contriti, loco appoſiti: et cinis, cum aceto mixtus et impoſitus, ſimiliter: et allium cum oleo tritum: et origanum cum aceto coctum calido ſaccello, continue medetur. Et porrum tritum impoſitum, et ſardinia trita, et folia oliuae trita cum ſalibus, et impoſita: et ſcilla cruda*
3 *trita imponitur, et ſtatim curat. Sed et his ſemper potionibus liberantur. Ariſtolochiam rotundam, gentianam, myrrham trogloditen, baccas lauri, omnia tunſa ex aequo, et cribellata: aut puluerem, cum vino et calida, identidem in tempore dabimus. Hoc etiam contra*
4 *ceteros ſerpentes vſi ſumus. Aliud. Piperis, et papaueris ſemiunciam vnam tundis, et cribellas: ex his cochleare cum aceto dabitur; et bacca lauri cum foliis rutae viridibus tunſa, cum vino aut aceto, ſemper datur: et irios Illyricae puluis cum vino calido ſimiliter. Quin et fraxini folia cum vino trita, bibenti dantur.*

## Cap. XXX. De turpibus receptis, et latentibus.

1 *Tithymali maioris molles et virides ex acumine turiones tolles, et hos calidis cineribus ſubiicies: et poſtquam combuſti fuerint, proiectis ſordibus, in mortariolo contundis, et eorum pulueri alphitam ſimiliter immittis, et vino*

*com-*

*commixta, pateſacto orificio, vulneri imponis; et continuo telum, aut aliud quod diu latuerit excludetur. Aliud. Ariſtolochiae puluis pate-* 2
*ſacto vulneri ſimiliter imponendus eſt, et velocius exiliet. Sic etiam de dictamni foliis vel radicibus contuſis, velocius fieri conſueuit, ſecundum veterum teſtimonia. Et euſeſami ſemen contuſum vna cum calchanto, vulneri appoſitum, ſimiliter operatur. Et lacerti caput contuſum et impoſitum, ſecundum Phyſicos, ſimiliter facit.*
*Si vero in fauces aliquid tranſiuerit, aquam et* 3
*oleum calidum contineant in ore, et ſpontaneum exibit ſine mora. Sunt et alia, Phyſicorum beneficiis publicata, ſed ſuo loco et tempore conſcribentur.*

## Cap. XXVI. De teſtium indignatione.

*Feruores teſtium, vel indignationes, cyminum* 1
*cum melle et oleo tritum, et appoſitum curat. Et ſemen lini frictum, et cum vino ſimiliter,*
*vice cataplasmatis, temperatum. Sic faba in* 2
*vino cocta, aut in melicrato cum melle trita, operatur. Sic ex coriandro, viridi cum faba in aqua cocto, et ſimul trito cum melle, cataplas-*
*mabimus. Sic etiam de hyoſcyami foliis. Simi-* 3
*liter et vuam paſſam enucleatam, ex aequo cum nitro adhibemus. Et naſturtii puluerem cum lini ſemine ex aequo cataplasmabimus. Sic rutae et lauri folia viridia in vino cocta, cum alphitis profuerunt. Et cymini puluerem, mixto butyro et reſina, et pampinos molles tritos cum alphitis, adhibemus.*

Cap. XXVII. *De veretri, hoc eſt,* [1]*naturae* [2]*vitiis.*

1 Veretri dolores, fel taurinum cum nitro [3]contritum, curat: et butyrum cum terebinthina ex aequo [4]commixtum. [5]Similiter, ex lini ſeminis puluere et [6]myrrhae, ex aequo, reſinae quippiam [7]ſuperaddito, in aqua coctum cataplaſma, [8]adhibuimus.
2 Quibus vero tumuerit, pampinorum folia [9]molliora triginta, thuris et [10]ceruſſae [11]ſemunciis ſingulis commixta, [12]pro cataplasmate imponimus; ante tamen ex aqua ma-
3 rina frigida fomentabis. Nam et teſtes [13]tumentes, cimolia, trita frequenter cum aqua, perungues: poſt vero myrti ſiccae [14]puluere
4 et myrrhae, ſimiliter adſpergendi ſunt. [15]Vlceribus vero in eodem [16]cole [17]natis [18]lepidos [19]Cypriae puluerem [20]confidenter adſpergo. Et aphronitri ſolius triti puluis eodem

*Variae Lectiones*

Cap. XXVII. 1 *Naturae;* ſede naturae A
2 *Vitiis*, cauſatione B
3 *Contritum*, abeſt a B
4 *Commixtum*, mixtum A
5 *Similiter ex*, ſimiliter. *Et* ex B
6 *Myrrhae*, ſic B cum *Aldo*, myrrha A
7 *Superaddito*, ſuperadditum A
8 *Adhibuimus*, impoſuimus A
9 *Molliora*, mollia trita B
10 *Ceruſſae*, ceruſae A et B
11 *Semunciis ſingulis*, ſemuncias ſingulas B
12 *Pro — imponimus*, cataplasmabis B
13 *Tumentes*, ex hoc tantum fomentatos B
14 *Puluere*, puluerès A
15 *Vlceribus*, vulneribus A
16 *Cole*, caule B
17 *Natis*, def. A
18 *Lepidos*, lepidae B
19 *Cypriae*, cyprinae A
20 *Confidenter; ſatis* confidenter A

mo-

modo operatur. Et alumen ſciſſum contritum: ſimiliter et myrrha cum paſſo [21]trita. Si veluti carbunculus innatus fuerit, [22]lycium cum melle [23]tritum, ſubpono: frequen- 5
ter per diem [24]inſpergo mel tepidum. Fomentandum eſt interea ex [25]aqua de ſeminibus, [26]quae in aqua [27]coqui debent; aut [28]myrti viridis, aut [29]lentiſci [30]foliis, aut [31]rubi, aut oliuae, aut [32]roſae ſiccae: cuius puluis, ſi poſt fomentum adſpergatur; continuo [33]operabitur. [34]Sic etiam de [35]herbis ſupradictis cataplasma imponendum eſt, cum melle [36]commixtis. Nam, et vini et mellis ſpecies, praetermittenda non eſt. Continentia [37]vero ciborum et ventris purgatio, frequen- 6
ter prouideri debet. [38]Quibus vero, ſub operimento cutis, veluti exochadium fuerit natum; [39a]elaterii puluere tangendum erit. Aliqui [40]minimorum piſcium capita [41]trita impoſuerunt.

## *Variae Lectiones*

21 *Trita*, trita *ſimiliter* B
22 *Lycium*, licium A
23 *Tritum*, contritum B
24 *Inſpergo — tepidum*, et ſpathomela tentante B
25 *Aqua — ſeminibus*, aqua: de ſtymmatibus B
26 *Quae*, def. B
27 *Coqui*, concoqui B
28 *Myrti*, myrtus B
29 *Lentiſci*, lentiſcus B
30 *Foliis*, def. B
31 *Rubi*, rubus B
32 *Roſae ſiccae*, ros ſyriacum B
33 *Operabitur*, curabitur A
34 *Sic — de*, deſuper vero B
35 *Herbis — imponendum*, ſic etiam de herbarum ſupradictarum cataplasmate innuendum A
36 *Commixtis*, commixto A
37 *Vero*, fieri B
38 *Quibus — natum*, deſunt in A
39a *Elaterii puluere*, ef-flaterii *quoque* puluere A, elaterii q. p. *Aldus*
40 *Minimorum*, menidarum B
41 *Trita*, def. B

## Cap. XXIIX. *De* [1]*Hernioſis.*

1 Hernias [2a]infantum, frequentius emergentes, ſic [3]curabimus. Reſinam [4b]pituynam ſiccam, nitrum, cyminum, ex aequo cum melle [5]miſcemus, et ſub emplaſtri temperamento [6]imponimus; ſuperaddita ligatura, quae contineat [7]medicamentum. Et vuam paſſam [8]pinguem purgantes in vnciis VI, [9]nitri vncia I, [10]cymini vnciis II, cum melle
2 contriuimus, et ita [11]vſi ſumus. [12]Vitandi curſus et ſaltus, [13]et auſter, ventris quoque conatus, et ciborum [14]nimia praeſumtio.
3 [15]Aliud probatiſſimum: [16]caducum mali gra-

### *Variae Lectiones*

Cap. XXIIX. 1 *Hernioſis*, Hernioſis *maiorum aliarumue aetatum* B

2a *Infantum; vero* infantium A, *vero* infantum *Aldus.*

3 *Curabimus*, curauimus B

4b *Pituynam*, pituinam A, pitiynam B et *Aldus.*

5 *Miſcemus*, miſcuimus B

6 *Imponimus*, impoſuimus B

7 *Medicamentum*, medicamenta B

8 *Pinguem*, ſic B et *Aldus*, deeſt in A

9 *Nitri*, nitrum B

10 *Cymini*, cyminum B

11 *Vſi*, vſu A

12 *Vitandi*, vitent hi B

13 *Et — conatus*, et alios impetuoſos conatus B. Ventris conatus, i. e. conatus egerendi aluum, ope ſpiritus in pulmone retenti, compreſſionisque abdominis, hernioſis omnino ſunt vitandi; mox alias prolabentibus iterum ex abdomine contentis. Auſtrum quoque, relaxando fibras, reſiſtentiam hinc decentem prolapſuris haud dando, ſimiliter hernioſis vitandum eſſe, abunde conſtat.

14 *Nimia praeſumtio*, nimiam praeſumtionem B

15 *Aliud*, def. B

16 *Caducum mali granati*, caduci malogranati A

na-

nati vncia I, gallarum [17]ſemuncia, aſphodeli radicis vncia I, narciſſi radicis vncia I: haec omnia [18]in vino coquenda [19]ſunt, et tundenda; et [20]malaxata in primo adhibenda. [21]Hoc et hernias, perſeueranti ſub ligatura, etiam veteres, percurauit: et hydrocelas, et ſarcocelas, et enterocelas ſimiliter. [22]Item *Ci-* 4
*nopoli* emplaſtri [23]expono maximum et probatiſſimum remedium: ſpumae argenti vnciae [24]VI, aceti vnciae XVIII, olei [25]vnciae XII. [26]Spumam argenti [27]plane [28]combures, et [29]ſupradicto aceto [30]reſtingues et teres diligenter: omnia ſimul mixta coques, [31]agitabis ſpatula [32]holoſidera, et ita vt [33]diacylon coques, [34]ac in linteolo [35]adhibeto die-

## *Variae Lectiones*

17 *Semuncia*, ſemiuncia A
18 *In vino*, def. B
19 *Sunt*, deeſt in A
20 *Malaxata—adhibendo*, malaxata in primo adhibenda ſunt A, malaxationes adhibendae ſunt B. Senſus planior *malaxata in primo* i. e. in principio, vel praeprimis, prae omnibus.
21 *Hoc — percurauit*, loco horum verborum mendoſe exhibet *Arg.* "Hoc herniarum perſeuerantiam intus ſub ligatura, etiam veterum percurabit."
22 *Item Cinopoli*, nam et emopoti B
23 *Expono*, expoſui B
24 *VI*, V B
25 *Olei*, olei *et opii* exhibet A, absque doſi notata.
26 *Spumam*, ſpuma A
27 *Plane*, pleniter A
28 *Combures*, comburis A
29 *Supradicto*; *de* ſupradicto B
30 *Reſtingues — teres*, reſtinguis, et teris A, reſtinges B
31 *Agitabis*; *et* agitabis B
32 *Holoſidera*, ſic B cum *Aldo*; *oloſidera* A
33 *Diacylon*, ſic B cum *Aldo*; *dactylon* A
34 *Et in*, ac in A, *in* deeſt B
35 *Adhibeto*, adhibendum A

bus continuis [36]V. [37]Hoc hydrocelas [38]et ſimiles collectiones ſine dilatione [39]curabit.
5 [40]Ramicem vero, quem appellant, ſic curabis: cicer in pultario mittes, cum oleo vetere et vino coques, vt molleat et matureſcat. Hoc teres, et ſolutum induces; et vteris. Prius tamen aqua frigida foue, vt teſtes reſiliant; et ita, vt ſupra diximus, vteris.

## Cap. XXIX. [1]*De vmbilicis infantum eminentibus.*

1 Carnes cochlearum [2]teres, et his myrrhae puluerem [3]miſcebis, et, in linteolo inductum, impones [4]ſub faſcia; vt facilius [5]re-
2 primatur. Et [6]paſſum, cum acacia tritum et aqua ſimiliter temperatum, ſubponendum eſt.
3 Item [7]aliud: cochleas ex [8]arbore lauro col-

### *Variae Lectiones*

36 *V*, V *imponis* A
37 *Hoc*, Nam B
38 *Et*, def. B
39 *Curabit*, curauit B. Poſt verbum *curauit* exhibet *Baſileenſis* ed. ſequentia: "et baccae cypreſſi tunſae cum axungia mixtae impoſitae ſimiliter profuerunt," gloſſam redolentia.
40 *Ramicem—vteris*, haec omnia deſunt in A. Integrum vero capitulum XXIX, horum loco, capiti XXIIX adnexum deprehenditur, vnicum tantum cum XXIIX conſtituens.

Cap. XXIX. 1 Inſcriptio haec integra, vna cum numero, capituli ordinem deſignante, deeſt in ed. *Argentoratenſi.*
2 *Teres*, teris A
3 *Miſcebis*, miſces A
4 *Sub*; *et* ſub B
5 *Reprimatur*, reprimat B
6 *Paſſum*, def. B: male.
7 *Aliud*, etiam A
8 *Arbore lauro*, arboribus lauri B

le-

lectas, comburimus, et tritas imponimus, vt vmbilicum in naturam propriam reuocemus.

## Cap. XXX. *De diuerſis vitiis in ano* [1]*naſcentibus.*

Difficiles [2]et his locis cauſae euenire [3]conſuerunt, [4]pro accidentium qualitate. Eſt enim loci natura delicatior, [5]quae ad omnes acerbos quam maxime contactus, facile commoueatur. Naſcitur [6]in hoc ſaepiſſime indignatio vel feruor: fit rhagadium, fit condyloma, erumpunt [7a]haemorrhoides, naſcuntur exochadia, fiunt [8]et ſyringae; frequenter etiam [9]inteſtini effuſio, et cetera; quibus 1

### *Variae Lectiones*

Cap. XXX. 1 *Naſcentibus*, vltimo in inſcriptione capitis vocabulo, haec adhuc verba in ed. A et *Aldina*, perperam ſunt adnexa: *vel ſyringis, hoc eſt, fiſtulis*: inſcriptionem enim capituli proxime ſubſequentis haec conſtituunt.

2 *Et*, in A

3 *Conſuerunt*, conſueuerunt A

4 *Pro accidentium*, praecedentium B

5 *Quae*, et qui A

6 *In*; ergo in A

7a *Haemorrhoides*, hemorrhoidae A, aemorroides B, haemorrhoidae *Aldus*.

8 *Et ſyringae*, etiam ſyringia B

9 *Inteſtini*, inteſtinorum A. Inteſtini melius: inteſtini nempe recti prolapſus. Inteſtlnorum effuſio interim tamen quoque accipi poſſet pro effuſione excrementorum ex inteſtinis ſeu *diarrhoea*: forſan etiam indicantur haemorrhoides coecae, egreſſum inteſtinorum per tubercula ano circumpoſita, mentientes. Aſt, per effuſum inteſtinum, pro-

 nunc

[10]nunc omnibus ſuo ordine remedia deſigna-
2 bo. Quando [11]ergo indignatio vel feruor [12]loca tentauerit; pingues dactyli in paſſo vel melicrato infuſi, teruntur, ſuperaddito [13]quippiam [14]de oleo roſeo; e quibus factum cataplasma tepidum adhibemus: [15]ſuperimpoſita tamen ligatura, quae adiutorium continere [16]debet. Nam etiam de [17]muſteo ſimiliter faciendum eſt, ſed [18]quod piper non habuerit. Sic etiam de bulbis albis cum melle [19]tritis, [20]loca commota frequenter curata ſunt. Et [21]lycium Indicum, tritum cum cerotario, [22]ex oleo roſeo temperatum, adhibuimus; [23]cui ſaepiſſime ſulfuris viui quippiam triti [24]ſuperadiecimus.
3 [25]Eſt et hoc genus adiutorii vtiliſſimum: ſpuma argenti et ceruſſa, [26]vnciae ſingulae, thus maſculum et crocum, [27]ſemunciae ſingulae: cum vino

## *Variae Lectiones*

lapſum inteſtini deſignari hic loci, ultima capituli 31 verba abunde docent.

10 *Nunc*, deeſt in A. Verum haud bene: denotat enim tempus, ſeu *in praeſentiarum.*

11 *Ergo*, vero B

12 *Loca tentauerit*, locum attentauerit A

13 *Quippiam*, quopiam A

14 *De*, defic. B

15 *Superimpoſita*, ſuperaddita B

16 *Debet* debebit B

17 *Muſteo*, muſteis B

18 *Quod — habuerit*, qui piper non habuerint B

19 *Tritis*, contritis A

20 *Commota frequenter*, frequenter commota B

21 *Lycium — tritum*, licium inde contritum A

22 *Ex; et* ex A

23 *Cui*, et A

24 *Superadiecimus*, ſuperadiicimus A

25 *Eſt et*, deeſt B

26 *Vnciae ſingulae*, vnciis ſingulis A

27 *Semunciae ſingulae*, in ſemunciis ſingulis A

et

et oleo tritum et commixtum, adhibendum eſt. Et oui vitellum coctum, [28]tritum cum melle, et oleo [29]roſeo [30]commixtum, loca [31]indignantia ſatis iuuat. Sic butyrum cum medulla ceruina et [32]hyſopo, et thus maſculum: omnibus ex aequo [33]commixtis et tritis, oleo et vino [34]temperatis, curati ſunt frequenter. Huic medicamento etiam lycium Indicum admiſcendum eſt. Si 4
rhagadium factum fuerit, [35]hoc [36]medicamento [37]vti nos conueniet, [38]ex oleo roſeo, in plumbeo vaſe, et piſtillo ſimili, vsque in pinguedinem mellis, confecto. [39]Et caricarum pinguium combuſtarum cinis, vino tepido [40]praelauatus ac impoſitus, prodeſt. Sic roſae flos et [41]pompholix, ſimul trita, [42]adſpergitur ſimiliter. Et molybdaena cum foliis rutae viridibus teritur, et cum oleo myrteo [43]pinguius temperatur: et ſimiliter iuuat.

*Variae Lectiones*

28 *Tritum; et* tritum B
29 *Roſeo*, deeſt A
30 *Commixtum*, commixtum*que* A
31 *Indignantia ſatis*, ſatis indignatia B
32 *Hyſopo*, ſepum ceruinum A, hyſopo, cerotum e. t. m. B
33 *Commixtis — tritis*, tritis, immixtis A
34 *Temperatis; ſimiliter* temperatis A
35 *Hoc*, huic B
36 *Medicamento*, medicamento *priori* B
37 *Vti nos*, nos vti B
38 *Ex oleo — confecto*, Oleum roſeum ſolum, tritum in plumbeo vaſe, et ex piſtillo ſimili, vsque in pinguedinem A
39 *Et; nam* et B
40 *Praelauatus ac*, praelauantibus B
41 *Pompholix*, pompholiga B
42 *Adſpergitur ſimiliter*, ſimiliter ſpargitur A
43 *Pinguius*, pingui A

[44]Sic hyoſciami [45]foliorum puluis aſperſus ſimiliter loca curauit. Sic etiam linteorum combuſtorum cinis cum amylo, ex aequo, ſucco foliorum oliuae temperatur, [46b]vt ſubpingue fiat [47]linimentum. Quibus [48]vero condylomata ſiunt vel exochadia, hoc adhibendum eſt medicamentum: [49]cerae libra I, picis vnciae IIII, medullae ceruinae vnciae II, adipis taurini vnciae III, mellis vnciae IIII, vini vnciae III, guttae ammoniacae vncia I, thuris maſculi vnciae II, myrrhae vnciae V: ſicca cum vino teruntur et ſolutis calentibus [50]miſcentur. Aliud. Calcis viuae vnci-

## *Variae Lectiones*

44 *Sic*, et B

45 *Foliorum puluis*, folia, ſic corii puluis A

46b *Vt*, ſic B et A, ac *Aldus*

47 *Linimentum*; *blandum* linimentum B

48 *Vero*, Def. A

49 *Cerae libra vna, picis vnciae IIII, medullae ceruinae* (vocabulum *ceruinae* defic. *Arg.*) *vnciae II, adipis taurini vncias III, mellis vnciae IIII, vini vnciae III, guttae ammoniaci* (ammoniacae A) *vncia I, thuris maſculi vnciae II, myrrhae vnciae V. Sicca cum vino teruntur et ſolutis calentibus commiſcentur* A: cera libra I. pix vnc. VI. medulla ceruina vnc. II. adipes taurini vnc. VI. mel vnc. IIII. vinum vnc. IIII. gutta amoniaci vnc. I. tus maſculum vnc. II. myrra vnc. II. ſicca cum vino teruntur, et ſolutis calentibus miſcentur B

50 Inter verba *miſcentur* atque *aliud*, ſequentia, manifeſtum gloſſema redolentia, editioni B ſunt inſerta: "aliud puluer de expertis, quo frequenter iuuati ſunt homines, ita conficies, et vteris poſt vini veteris ſtyptici lauationem: maſticem, fimi hominis ſicci combuſti cineres, cucurbitae combuſtae

as

as III, nitri vncias II: vtraque teruntur, et cum [51]hominis vrina miſcentur; et ex eo [52]pingue facies linimentum. Quod, cum ſiccauerit, [53]identidem ſuperaddes: et, [54]hoc modo perſeuerando, facilius [55]conſumentur. Exochadia ſpecialiter conſumuntur, [56]ſi chalcanthum teris, et eius puluerem, cum oleo dulci, molli vapore [57]coquis, et pinguefacto [58]loca frequenter tangantur. Nam et alumen [59]humectum, in vaſe nouo coctum [60]atque toſtum, puluerem facit: [61]hoc tacta exochadia ſpontanea [62]frequentius ceciderunt. 6

Haemorrhoidas [63]impatientius erumpentes, ſic compeſcere vel temperare conſueuimus: butyrum, crocum, [64]ceruſſa, mel, ex aequo omnia commiſcenda [65]ſunt, et oui albore temperanda: et imponenda. 7

## *Variae Lectiones*

cineres, piperis grana XI, aloen, alumen ſciſſum, etiam ſupradictas ſpecies aequis ponderibus vteris". Quae omnia omiſſa ſunt in A

51 *Hominis vrina*, aruina A

52 *Pingue* pinguius B

53 *Identidem, ſuperaddes*, idem B, ſuperaddis A

54 *Hoc*, eodem B

55 *Conſumentur — conſumuntur*; conſumentur exocadia A

56 *Si*, ſic A

57 *Coquis*, coques A

58 *Loca — tangantur*, frequenter loca tanguntur B

59 *Humectum*, miſſum A

60 *Atque*, et B

61 *Hoc tacta*, quo adhibito B

62 *Frequenter*, frequentius A

63 *Impatientius*, vero A

64 *Ceruſſa*, ceruſam A, ceruſa B

65 *Sunt*, deeſt in B

Sic

Sic [66]arnogloſſa, trita cum [67]aceto. [68]Sic pulueres ceruſſae, cum aceto contritae. Fomentabis vero loca [69]ex aqua, vbi alumen ſciſſum tritum mitti facies, [70]aut aeris florem; [71]et coquatur in tertiam partem: [72]ex hoc
8 fouendi ſunt, ante linimentum. [73]Sed vt etiam in tempore [74]aliquando de phyſicis adiuuentur, in ea aqua coquendae ſunt ſpecies ſupradictae: [75]vnde aegrotus is, qui haemorrhoidas patitur, frequentius [76c]delauatur; et ad ſupradictas ſpecies, in [77]vncias ſe-
9 nas aquae ſextarios decem mittis. Si vero concluſas [78]ſolvere volueris, tapſiae ſuccum, [79]et abſinthii ſimiliter ex aequo conterimus, et loca contingimus, quae ſollemni digeſtione [80]fuerint impedita.

### *Variae Lectiones*

66 *Arnogloſſa*, arnogloſſus B

67 *Aceto*, aceto *facit* A

68 *Sic — contritae*, ſic caeterae ſpecies virtute ſimili et ſtypticae, cum aceto contritae operabuntur B

69 *Ex aqua*, abeſt in B

70 *Aut*, et A

71 *Et coquatur*, excoques A

72 *Ex*; *et* ex A

73 *Sed*, nam B

74 *Aliquando*, aliquid B

75 *Vnde — haemorrhoidas*, vbi etiam his aeger ſe, cum aemorroidas pateretur B

76c *Delauatur*, elauatur A, delauaret B, eleuatur *Aldus*

77 *Vncias ſenas*, vnciis ſenis, B cum *Aldo*

78 *Soluere*, reſoluere A

79 *Abſinthii*, apii A

80 *Fuerint*, ſunt B

Cap.

## Cap. XXXI. [1]*De Syringis.*

Laſer cum aceto [2]tritum imponendo, fre- 1
quenter vſi ſumus. Nam et Muſa tro-
chiſco, omnibus adprobato, in aqua, in
qua calcem viuam extinximus, reſoluto, im-
minuimus: et [3]profecimus. Qui trochiſcus
[4]hoc modo a nobis conficitur: [5]aluminis
ſciſſi vncias III, croci vncias II, chalcanthi
vncias III, caduci mali granati vncias II:
vino omnia [6]trita commiſcemus, vt trochi-
ſcos faciamus. Etiam hic puluis [7]experi- 2
mentum [8]ſaepe dedit, [9]omnes ſyringas et
expurgandi et glutinandi; qui iſta ratione
conficitur: [10]Iris Illyricae vncias V, erui
vncias III, mannae thuris vncias III, lepi-

### *Variae Lectiones*

Cap. XXXI. 1 Inſcriptio Ed. Baſileenſis: *De ſyringis, quas hoc modo frequentius curas*, deficit *Argentoratenſem*. In qua hoc XXXI caput praecedenti trigeſimo annexum eſt ita, vt cum illo vnicum tantummodo conſtituat.

2 *Tritum*, contritum A

3 *Profecimus*, perſecimus B

4 *Hoc nobis*, a nobis hoc modo B

5 *Aluminis—mali granati*, omnia in caſu primo exhibet B, omiſſis aloë atque croco. *Aloë et croci* addit A, inter *aluminis ſciſſi* vnc. III, *atque crocomagna*. *Croci* nos recepimus, omittendo *crocomagna*.

6 *Trita commiſcemus*, contrita commiſcuimus B

7 *Experimentum; nobis* experimentum A

8 *Saepe*, abeſt in A

9 *Omnes — conficitur*, ad omnes Syringitas, qui aequali ponderatione conficitur B

10 *Iris — vncias III*, Iris Illyricae, erui vnc. II*s*. manna thuris vnc. II*s*. lepidos chalcu vnc. II*s*. B

dos [11]chalcu vncias III, ariſtolochiae [12]longae vncias [13]IIs: omnia tunduntur et cribellantur, et [14]fit vtilis puluis, cui nomen eſt [15]*Acopali:* [16]qui miſcetur eodem modo ad linimentum, [17]quo Muſa trochiſcus ſupradictus.
3 Quibus vero inteſtinum exierit, mori [18]ſilueſtris [19]fomentatio adhiberi debet: et poſt, acacia trita cum aceto, [20]linimentum: et *[*]cyclamini* ſuccus, cum melle ex aequo [21]mixtus et coctus, vsque in pinguedinem.
4 Aliud: [22]puluis ellebori albi, qui cum aceto coctus eſt, admixto cerotario ex oleo roſeo, ſatis iuuat. Et [23]hyoſciamus, in aceto tritus et ſimiliter adhibitus, inteſtinum effuſum ſimiliter [24]reprimit.

## *Variae Lectiones*

11 *Chalcu*, calcis A
12 *Longae*, deeſt in A
13 *Vncias* IIs, IIIs B
14 *Fit vtilis*, fictilis A
15 *Acopali*, cephalicu, B cum *Aldo*: vtrumque mendoſum.
16 *Qui miſcetur*, commiſcetur A
17 *Quo Muſa*, quemadmodum Muſa A, quo *etiam* Muſa B
18 *Silueſtris*, viſcidioris B
19 *Fomentatio*; *dolori* fomentatio A
20 *Linimentum*, linimentum *facit* A
21 *Mixtus*, commixtus B
* *Cyclamini*, ſic omnes tres editiones: *cyclaminis* loco.
22 *Puluis — cerotario*, Ellebori albi genus aliqui cum aceto coxerunt, nam et puluis mixtus cerotario B
23 *Hyoſcyamus adhibitus*, hyoſcyamum in aceto tritum et ſimiliter adhibitum B
24 *Reprimit*, reprimet B

Cap.

## Cap. XXXII. *De* [1]*pernionibus.*

Pernionibus [2]cum pruritu, aquae marinae 1
fotus, ſatis prodeſt. Similiter etiam, ſi
vino calido ſtiptico foueantur. [3]Sic etiam
decoctione betarum: [4]ſic aqua, vbi alumen
ſciſſum infuderis. Poſt quod fomentum, ce-
ra liquefacta [5]loca linire conueniet. Nam 2
et [6]ex aluminis puluere, cum hordei farina
et vino, cataplasma adhibendum eſt. Sic,
cerae et picis [7]reſolutarum ſola vnctione,
[8]curati ſunt. Et gluten, [9]ſolutum in aqua,
profuit liniendo. Sic oliuarum viridia folia
[10]trita, pro cataplasmate adhibita, profue-
runt. Sic gallae cum aceto contritae, ſic
vini feces impoſitae [11]curauere. Quibus ve- 3
ro iam veſicauerint, raphanos [12]tundes, et
ex eorum ſucco [13]bene proderunt linimenta.
Et lenticulae coctae et tritae cataplasma,
proderit. Et [14]caduca mali granati, in [15]ca-
lidis cineribus [16]tepefacta, conuenerunt. Sic
etiam ſcilla cocta, [17]ſimiliter [18]trita, [19]con-

### *Variae Lectiones*

Cap. XXXII. 1 *Pernionibus*, pernionibus *prurientibus* B
2 *Cum pruritu*; *quae* cum pruritu *ſunt* A
3 *Sic — decoctione*, ſic ſi etiam decoctiones A
4 *Sic aqua; vbi* quibus A
5 *Loca — conueniet*, linire conuenit A
6 *Ex*, deeſt in B
7 *Reſolutarum*, reſolutae A
8 *Curati*, curatae A
9 *Solutum*, ſolum B
10 *Trita pro*; def. A
11 *Curauere*, curauerunt A
12 *Tundes*, tundis B
13 *Bene*, pinnae B
14 *Caduca*, caduci B
15 *Calidis*, caldis B
16 *Tepefacta—conuenerunt*, tepefacti et triti adhibiti conuenerint B
17 *Similiter*, adhibita B
18 *Trita*, contrita A
19 *Continuo*, deeſt in A

ti-

4 tinuo profuit. Quibus vero [20a]crepuerint et [21]vlcerati fuerint; his ſpuma argenti trita, mixto adipe porcino, pro emplaſtro adponi debet. Sic adipes anſerini, cum cera et oleo, [22]tepidi adhibendi ſunt. Et cochlea cum teſta combuſta, et trita, et in puluerem redacta, ſi aſpergatur, continuo medetur. [23]Eruum in vino coctum, [24b]contritum cum cerotario, ſimiliter curat.

## Cap. XXXIII. *De rhagadiis pedum vel digitorum.*

1 Omnes crepidines in calcaneis pix liquida [1]illinita percurat. Et ſpuma argenti cum ceruſſa, et alumen ſciſſum, ex aequo contuſum et vino mixtum, medebitur ſimiliter.

2 Quibus vero [2]claui inhaerentes moleſtiam fecerint; ferro ſubtili loca ante [3]purganda ſunt, et melantherium, cum lotio pueri tritum, apponendum. Et gutta ammoniaci, cum aceto trita, ſimiliter adhibetur. Et myſi et ariſtolochia, ex aequo contuſa, cum melle adhiberi debet. Hoc et raſura cucurbitae trita [4]facit.

### *Variae Lectiones*

20a *Crepuerint*, increpuerunt A, increpuerint *Ald.*
21 *Vlcerati*, vulnerati A
22 *Tepidi*, tepido B
23 *Eruum; Et* eruum B
24b *Contritum — curat*, et caerotario ſimiliter curat contritum A, cum cerotario *Aldus*

Cap. XXXIII. 1 *Illinita*, linita B
2 *Claui*, pilt A, pili *Aldus*
3 *Purganda—cum*, purgando, adhibetur et myſeos et ariſtolochium ex aequo contuſum: cum B
4 *Facit*, ſaciet A

Cap.

## Cap. XXXIIII. *De Paronychiis.*

[1]Paronychia in initiis lana ex aqua inſuſa 1
impoſita [2]curat, [3]eaque frigidiore
frequentius irriganda erunt. His etiam al-
phita cum aqua trita adhibenda [4]erit. Sic et
thuris maſculi puluis cum melle mixtus me-
debitur. Sic etiam [5]gallarum. [6]Sic auri-
pigmenti. Si ſaniem ſane collegerit, lo- 2
cum pungis: ad eius [7]vero digeſtionem, et
lenticulam coctam cum melle contritam,
[8]imponis. Et myrti folia viridia trita ſimi-
liter cum melle adhibentur. Sic etiam ro-
ſarum,[9]ſic oliuae folia ſimiliter. Sic [10]cedriae
puluis aſperſus curat: ſic erui, [11]ſic thuris
maſculi. Quibus vero etiam vngues [12]quaſſi 3
fuerint; foliis myrti viridibus, vel mali gra-
nati tunſis, cataplasmandi [13]erunt. Quibus 4
[14]autem forte [15]aliqua loca nigreſcunt; fa-
rina tritici, cum pice [16a]ſoluta mixta, cu-

### *Variae Lectiones*

Cap. XXXIIII. 1 *Paronychia*, paronychiae A
2 *Curat*, curantur A
3 *Eaque — frequentius*, quae frigidiori aqua frequentius B
4 *Erit*, ſunt B
5 *Gallarum; et* gallarum B
6 *Sic auripigmenti*, def. A, B exhibet: "ſic auripigmenti, qui niſi percurauerit non exiliet".
7 *Vero*, def. B
8 *Imponis*, ſuperimponis A
9 *Sic*; *et* ſic A
10 *Cedriae*, cadmiae A
11 *Sic*, ſic *etiam* A
12 *Quaſſi fuerint*, paſſa-uerint B et *Aldus*
13 *Erunt*, ſunt B
14 *Autem*, ſane B
15 *Aliqua loca*, aliquo ictu B
16a *Soluta mixta*, folia admixta A, ſoluta admixta *Aldus*

rantur. Et [17]ſulfur viuum ſimiliter, et naſturtium cum melle mixtum, imponitur. Et cera ſola liquefacta, ſuperimpoſita, [18]medebitur. Sed his omnibus adhibitis diutius perſeuerandum eſt: calefacti [19]etenim perſeuerantia adiutorii vngues melius gubernantur.

5 tur. [20]Scabioſos, veluti elephantioſos, ſi quis forte vngues habuerit, vini fex ſicca [21]trita, et cum cerotario impoſita, curat: et ficus [22]ſicca, purgata et tunſa, ſuperimpoſita. Aeque medetur et lapathi agreſtis radix, in aceto cocta et contrita. Et ſulfur viuum cum ſandaracha, ex aequo tritum et aſperſum, continuo curat. [23]Et nuclei pini pur-

6 gati et triti impoſiti, vngues mutant. Poſt quorum caſum, vt meliores exeant, adipes hircorum cum lacte aſinae triti, imponuntur. [24]Interea, ſub his omnibus adiutoriis, vngues [25]ipſi primo [26]pice liquefacta vngui [27]debent: quos, [28]et ſuperiori medica-

*Variae Lectiones*

17 *Sulfur — imponitur*, ſulphur viuum hoc cum porcino adipe tunſum et commixtum praeſtat, ne ipſi vngues exiliant. Et lini ſeminis puluis. Simul etiam et aſturacus (in margine: *alias aſter atticus*) cum melle commixtus imponitur A

18 *Medebitur*, def. A

19 *Etenim*, enim B

20 *Scabioſos — quis*, Et veluti elephantioſus ſcabioſos ſi quis B

21 *Trita et*, et trita B

22 *Sicca*, ſicca *curat* B

23 *Et — imponuntur*, def. A

24 *Interea*; *et* interea B

25 *Ipſi*, def. B

26 *Pice: ex* pice A

27 *Debent: — oportet*, debent: quos ſuperiori medicamento et faſciola munire et gubernare oportet A, debebunt, qua et ſuperiora medicamenta, et faſciola muniri et gubernari B

28 *Et*, def. A

men-

mento , et faſciola muniri et gubernari , oportet.

## Cap. XXXV. *De pruritu , vel ſcabie totius [1]corporis.*

Si iuuenibus hoc, bene [2]habentibus, obue- 1
nerit ; phlebotomo prius , [3]ſub gemina
detractione , ſubueniendum eſt. Item ven-
tris purgationes frequenter [4]deinde adhiben-
dae erunt. Cibis [5]plane ſorbilibus [6]et dulci-
bus nutriendi ſunt. Lauacris frequentibus
vti conueniet , in quibus [7]thuris , ſulfuris
viui , [8]et nitri [9]pulueres , aſpergendi erunt.
Si, hoc adhibito adiutorio, aut pruritus aut 2
ſcabies, [10]perſeuerauerit; [11]lapathi agreſtis ra-
dix trita , [12]cum aceto commixta , in [13]bal-
neis ſimiliter adhibenda eſt. Sic [14]alumen
humectum, cum melle commixtum. Quo
linimento , frequenter etiam , in ſole adhi-
bito , liberati ſunt. His frequenter etiam
frigida lauacra [15]profuere. [16]Poſtea oleo ro-

### *Variae Lectiones*

Cap. XXXV. 1 *Corporis*, corporis , *vel variis maculis in corpore* addit perperam A. Illud enim additamentum, titulum capitis 36 ſequentis,conſtituit.
2 *Habentibus* , valentibus B
3 *Sub gemina*, gemina B
4 *Deinde*, abeſt in B
5 *Plane*, ſane B
6 *Et dulcibus*, deſunt in A
7 *Thuris* , thuris *maſculi* A
8 *Et nitri; et* deeſt in B
9 *Pulueres*, puluere A
10 *Perſeuerauerit*, perſeuerauerint B
11 *Lapathi*, lapathii A
12 *Cum; et* cum A
13 *Balneis*, balneo A
14 *Alumen humectum* , linimentum A
15 *Profuere*, profuerunt A
16 *Poſtea; et* poſtea A

ſeo vel lentiſcino aut [17]myrteo, admixto
3 vino, ſe vtilius perſuderunt. Scabies vero
ſi [18]vlceratas habuerint, myrobalanum et
ſulfur viuum ex aequo [19]contuſum, cero-
tario ex oleo myrteo liquidiori, commiſceo;
vt leui vnguento eorum in balneis [20]vlcera
4 pertractentur. His ſane calidum lauacrum
aquarum dulcium procurandum eſt, in quo
ſupradicta linimenta adhibenda ſunt. Nam
et thuris maſculi et pulegii ex aequo puluis,
ibidem in balneis [21]commode adhibetur:
[22]commodius, ſi etiam cum vino [23]et oleo
miſceatur. Sic nitrum cum vino, ſic [24]cap-
nitidis ſuccus: qui frequenter etiam, cum
aceto mixtus, plus profuit.

## Cap. XXXVI. [1]*De maculis in corpore naſcentibus.*

1 Sunt, quibus, certis ex accidentibus, ma-
culae, [2]in corporibus frequentius inhae-

### *Variae Lectiones*

17 *Myrteo*, myrtino A

18 *Vlceratas*, ſic B cum *Aldo*, vulnera A

19 *Contuſum*, tunſum A

20 *Vlcera*, vulnera A

21 *Commode*, commodiſſime A

22 *Commodius*, deeſt in B

23 *Et — miſceatur*, capnitis ſuccus A

24 *Capnitidis*, ptiſanae B

Cap. XXXVI. 1 Inſcriptionem huius capitis in *Argentoratenſi* editione conſtituunt verba haec: *De Elephantioſis*. Aſt perperam; quum iſta ad ſequens pertineant capitulum, quod cum hoc 36 *de maculis in corpore naſcentibus*, vnicum tantummodo conſtituit caput in A

2 *In*, eorum B

ſe-

ſerunt. Sunt [3]nigrae, ſunt albae, [4]veluti [5]elephantiaſin aliquando adnuntiantes: quibus hoc modo medendum erit. [6]Myrti fo- 2
liis viridibus in vnciis duabus, nitri et aluminis ſingulis: contritis, in balneis fricandi erunt. Aliud. Sulfuris, nitri, [7]ariſtolochiae puluis, ex aequo contritus, in balneis adhibendus eſt. Sic gutta [8]ammoniaci, trita cum oleo, profuit. Sic fici folia, cum ſulfure viuo et cum aceto, medentur. Nam et ſub ſole de hac confectione curantur. Et cyminum cum aceto tritum, ſaepe ſic profuit, [9]quinque diebus ſuperaddendo linimen-
ta, non delauatis prioribus. Sic cimolia, 3
[10]nitrum et bacca lauri, cum aceto [11]commiſcentur; et ſimiliter, vt priora, medentur. Aliud. Foeni Graeci puluis, [12]aphronitri in vnciis binis, et alcyonium et [13]cyminum in vnciis ſingulis, ſimiliter cum aceto [14]adhibenda ſunt. Et [15]ex betarum foliis coctis et tritis, cataplasma [16]imponendum eſt.

## *Variae Lectiones*

3 *Nigrae; enim* nigrae B
4 *Veluti*, velut A
5 *Elephantiaſin*, elephantiam B
6 *Myrti — erunt*, Myrti ſolia viridis in vnciis duabus, nitrum et alumen in ſingulis, contritis, in balneis fricanda erunt B
7 *Ariſtolochiae; et* ariſtolochiae A
8 *Ammoniaci*, ammoniaca A
9 *Quinque; et* quinque A
10 *Nitrum*, nitro B
11 *Commiſcentur*, commixta B
12 *Aphronitri*, aphronitra B
13 *Cyminum*, ſic B cum *Aldo*, cyminium A
14 *Adhibenda ſunt*, adhibendum erit A
15 *Ex*, def. B
16 *Imponendum*; *his* imponendum A

4 Et piper cum [17]myrti foliis viridibus tritum, [18]ſub ſole in balneis adhibitum, vtrasque maculas permundabit. Saepe, his perſeuerantibus maculis, ad elephantiae vitium, frequentius declinatum eſt : cui [19]pro tempore nunc ordinabo remedia.

## Cap. XXXVII. [1]*De elephantioſis.*

1 Per initia huius paſſionis, [2]ſi necdum plene vitium publicatur, phlebotomandi [3]ſunt, et purgandi frequentius. Faciem vero, in qua huius vitii [4]plus exhorretur imago, myrobalano cum aceto et oleo roſeo, vel [5]myrteo linimento, fricari conueniet. Aquis naturalibus frequenter vtantur, et [6]marinis lauacris. Continentia ſane vitiis his quam
2 [7]plurimum prodeſt. Cibis digeſtilibus et dulcioribus [8]nutriantur. [9]Lactis frequenter vtan-

*Variae Lectiones*

17 *Myrti*, myrteis A
18 *Sub*; *et* ſub A
19 *Pro tempore*, per tempora A

Cap. XXXVII. 1 Hoc, vna cum praegreſſo, in ed. A vnicum tantummodo conſtituit caput; cuius inſcriptio praecedentis capituli XXXVI inſcriptionis fini perperam adnexa, ex ed. *Baſileenſi*, ſuo loco reſtituta, nunc deprehenditur.

2 *Si — publicatur*, cum ſanari plene vitium ſupplices orauerint, A
3 *Sunt*, erunt A
4 *Plus exhorretur*, magis horret A
5 *Myrteo linimento*, lini ſemente A
6 *Marinis lauacris*, marini lauacri A
7 *Plurimum; maxime* plurimum B
8 *Nutriantur*, frequenter iuuantur A
9 *Lactis — ὀῤῥὸν*, lactis accaeptatione quammatur

tur

tur acceptione; quam maxime, ſi aquam
eius accipiant, quam Graeci ὀῤῥὸν [10]appel-
lant. Nam et ſuccus [11]nepetae herbae fre-
quentiſſime hoc vitium releuauit: et haec
eadem herba [12]par beneficium praeſtitit, ſae-
pe cibo data. [13]Coagulum [14]νεβροῦ, quem 3
nos ceruum [15]lactantem dicimus, cum oxy-
meli, ieiuno datum, vel temperatum, ſae-
pe profuit. Si, [16]iisdem adhibitis, morbus 4
ille [17]adcreſcens, [18]omnino fuerit publicatus;
tunc neque phlebotomo, [19]neque cartharti-
cis vti conueniet; fieri [20]enim non poteſt,
vt [21]ille humor corruptus [22]inſaniens, [23]qui
omne corpus [24]viſu horrido funeſtaret, his
adiutoriis purgationum adhibitis, ad interi-
orem originem identidem reuocatus, [25]ven-
tris vel ſanguinis geminatis effuſionibus, ar-
ceatur: ſed vomant frequentius, et lactis
beneficio, per cibos, [26]per potiones, enutri-
antur et [27]indulcentur. Locis vero conta- 5

## *Variae Lectiones*

xime, ſi aquae eius accipiant, quod Graeci (Medici B) ὀῤῥὸν A

10 *Appellant; id eſt ſerum*, appellant B. Gloſſa absque dubio.

11 *Nepetae*, Neptae A, nepitae B

12 *Par*, frequentiſſime B

13 *Coagulum: et* coagulum A

14 νεβροῦ; *νεβροῦ, id eſt, hinnuli* A, nebri B

15 *Lactantem*, lactentem A

16 *Iisdem*, hisdem B

17 *Adcreſceus*, adhaereſcens A

18 *Omnino*, profecto B

19 *Neque*, nec A

20 *Enim*, autem B

21 *Ille*, def. A

22 *Inſaniens*, in ſanies B

23 *Qui*, quique A

24 *Viſu — funeſtaret*, ſuo horrore funeſtarat A

25 *Ventris — ſanguinis*, venenati ſanguinis A

26 *Per; vel* per B

27 *Indulcentur*, educentur A

minatione [28]vlceratis, omnia ſtiptica adhibenda ſunt, quibus illa caro corrupta et effeminata valeat durari vel ſtringi. His frequenter cirros [29]trochiſcus profuit, qui conficitur ex ſinopide, [30]alumine ſciſſo, aerugine et [31]gummi, ſub aequa ponderatione, [32]cum
6 aceto diſpoſitis. Omnia [33]linimenta vel fricamenta, quae, pruritui, in ſuperioribus, nec non etiam ſcabiei conuenientia, ſignificauimus, etiam his apta [34]eſſe et vtilia adſeue-
7 ramus. Aliqui vero etiam [35]vipereas carnes inter cibos miniſtrauere, quaternos digitos in menſura, tam [36]a capite quam ex cauda, praecidentes: [37]quae, oleo et ſalibus [38]conditae, [39]profuerunt.[40]

## *Variae Lectiones*

28 *Vlceratis*, vulneratis A
29 *Cirros trochiſcus*, ciros t. A, c. trociſcos B
30 *Alumine ſciſſo*, ſciſſo alumine B
31 *Gummi*, cymino A
32 *Cum — diſpoſitis*, in aceto diſpoſitus A
33 *Linimenta; etiam* linimenta A
34 *Eſſe — vtilia*, ſeu vtilia A
35 *Vipereas — miniſtrauere*, illis carnes vipereas miniſtrauerunt A
36 *A — cauda*, in capite quam et a cauda A
37 *Quae, oleo*; oleo B
38 *Conditae*, conditas: et B
39 *Profuerunt*, et profecerunt B
40 *Profuerunt*, profuerunt. *Addis de Graeco quam plurima* A. Vltima haec verba, gloſſema redolentia, digitum intendunt in opus *Theodori* noſtri maius, *Graeco* idiomate conſcriptum: cuius in *Praef. ad opus vniuerſum*, mentio *ab ipſo* eſt facta.

Cap.

## Cap. XXXVIII. [1]*De luxationibus.*

Per initia [2]primo, locis excluſa, reuocan- 1
da ſunt. Item [3]embroche molliori vti ne-
ceſſe eſt, ex [4]eruaceis pollinibus, vel certe
cineribus, oleo. [5]ſapa et ouis commixtis,
[6]lanisque mollibus infuſis ſuccis, loca
munienda ſunt; et, pro locorum natura,
faſciolis continenda et [7]conſtringenda. Si 2
ſub hoc adiutorio loca naturaliter [8]cuſtodi-
enda quieuerint; [9]eisdem [10]cerotario ex oleo
dulci, [11]vsque ad perfectam ſanitatem, im-
minendum nobis erit. Si vero, [12]aliqua ad- 3
uerſitate, locis propriis auulſa, minime pot-
uerint reuocari; tunc, adiutoriis catholicis,
doloribus creſcentibus, ſubueniendum erit:
vt eſt phlebotomus, vel catharticum, et
cataplasmata paregorica. Quibus perſeue-
rantibus, ſi [13]dolorum declinauerit inquie-

*Variae Lectiones*

Cap. XXXVIII. 1 Inſcriptio in B: *de luxationibus vel eiectionibus articulorum, quas medici parexartreſeis appellant.*

2 *Primo — ſunt*, vt moris eſt, primum auulſa reponenda ſunt locis ſuis A

3 *Embroche molliori*, embrocis A

4 *Eruaceis*, herbi A

5 *Sapa*, ſapone A

6 *Lanisque — ſuccis*, quo lanis mollibus, infuſis ſucidis B

7 *Conſtringenda*, conſtringenda ſunt B

8 *Cuſtodienda*, cuſtodita A

9 *Eisdem*, def. B

10 *Cerotario — dulci*, deſunt in A

11 *Vsque ad*, def. B

12 *Aliqua — minime*, locis auulſa, aliqua aduerſitate locis propriis minime B

13 *Dolorum — inquietudo*, dolores declinauerint, quietudo B

tudo; [14]fomentis, lauacris, cerotariis vel certe emplaſtris chalaſticis, [15]imminendum eſt. Poſtea vero malagmatibus [16]perſeuerandum, quibus [17]curanda loca poſſint [18]in perpetuum [19]ſolidari.

[20]*Finis.*

## *Variae Lectiones*

14 *Fomentis, lauacris,* fomento lauacri A
15 *Imminendum eſt,* imminenda eſt, vt et diacylon aut chalaſticum B ex gloſſa.
16 *Perſeuerandum,* perſeuerandum *eſt* B
17 *Curanda,* curada B
18 *In perpetuum,* perpetuo A
19 *Solidari,* ſolida pati B
20 *Finis; Lib. primi* Finis A

[1a]THEODORI PRISCIANI
ARCHIATRI
AD TIMOTHEVM
LIBER II
QUI ET LOGICUS

[2]PRAEFATIO

Nunc ſecundi operis partes adgrediar. quibus prodendae diſcutiendaeque rationis delegauimus functionem. Quae, quoniam oculis comprehendi non poteſt, quod officium liber ſuperior occupauit; idcirco paſſiones interiora poſſidentes, in hoc volumine, aut accidentibus conuincentur, aut prodentur indiciis. Studio quippe veri- 1
tatis, [3]nec fruſtra, diſputationes reſugi, 2
[4]quin potius [5]in vtroque opere, certis deprehenſisque morbis, remedia conſtitui, vel

*Variae Lectiones*

1a Loco inſcriptionis: *Theodori — Logicus*, exſtat in A haec: "Lib. II. *Octauii Horatiani* in Secundum Operis ſui librum ad *Euporiſtum* Praefatio". *In Aldina vero*: "Theodori Priſciani ad Timotheum fratrem Lib. II".

2*1 *Praefatio*, deeſt in B. Incipit praefatio ſecundi operis *Ms* loco totius tituli exhibet.

3 *Nec — reſugi*, nolui fruſtra diſputationes ingerere A

4 *Quin potius*, cum B

5 *In — opere*, *Ms* et A auctoritate haec verba, in B non exſtantia, recepi.

cu-

curis medendo [6]facilioribus, vel tuendo materiam vitiorum; [7]quandoquidem in Logico opere obſcuriſque periculis, non opus eſt
3 adſertore, ſed [8]iudice. [9]Omnes Acutae ſebres vel aegritudines, de quibus nunc dicere [10]conſtitui, aliquando paſſiones praeueniunt, [11]aliquoties conſequuntur: quae certa produnt [12]indicia, quibus morborum poſſit [13]comprehendi materia. De Chronicis vero, [b]ſecundis partibus, [14]promiſſos ſermones expediam.

*Variae Lectiones*

6 *Facilioribus*, facilibus B

7 *Quandoquidem*, quoniam B

8 Cum hoc vocabulo, "*iudice*", praefatio, *Libro* huic *ſecundo* a *Priſciano* praemiſſa, in editione *Baſileenſi* finitur: aſt perperam. Nam in proxime ſubſequentibus, quidnam totius huius *libri ſecundi* ſit argumentum, ipſiusque in *partes duas* diſcretio, indicatur: id quod omne ad praefationem, minime vero ad C. 1. (cui in B inſerta illa leguntur), pertinere, luce clarius deprehenditur. Simul quoque adparet, huius libri in *duas partes* diuiſionem, ab ipſo *Priſciano* ortum duxiſſe; male quidem in B penitus omiſſam. Pauciora hinc, quam par eſt, contineri in *praefatione* ed. *Baſileenſis*, *libro* huic *ſecundo* praemiſſa: aſt viciſſim iuſto plura haberi in *praefamine* ed. *Argentoratenſis*: quandoquidem in hoc illius proemio *definitio* quoque *febris*, ex C. 1, translata, deprehenditur; a nobis, ex merito, loco ſuo in praedicto capitulo I reſtituta.

9 *Omnes — expediam*, haec omnia, vt et initium capitis I, ad verba vsque: *febrium ſerit originem*, in edit. A, tanquam vltima praefationis pars leguntur; illius vtpote finem conſtituentia.

10 *Conſtitui*, inſtitui B

11 *Aliquoties*, aliquotiens B

12 *Indicia*, inſignia B

13 *Comprehendi materia*, materia comprehendi A

b *Secundis*, ſecundus *Aldus*

14 *Promiſſos ſermones*, promiſſi ſermonis B

IN-

# [1]INDEX CAPITUM
## LIBRI II
## [2]CAPITA PRIMAE PARTIS LIBRI II
## DE ACUTIS PASSIONIBUS

I. De [3]acutis febribus, [4]vel aegritudinibus.
II. De phreneticis.
III. De lethargicis.
IV. De pleureticis.
V. De [5]peripneumonicis.
VI. De ſynanchicis.
VII. De apoplecticis.
VIII. De hydrophobicis.
IX. De [6]iliacis, colicis, [7]ſtropho.
X. De ſpasmis.

### *Variae Lectiones*

1 *Index — II*, def. A

2 *Capita — paſſionibus*, def. B

Hic loci ſimul notandum venit, hanc inſcriptionem, quam B vna cum indice capitum exhibet, praefationi L. II. praeponi; omiſſa illa partium, in quas diuiſus deprehenditur in ed. A hic liber; nec non et verborum: *de acutis paſſionibus*, mentione.

3 *Acutis*, deeſt A

4 [1]*Vel aegritudinibus*, haec verba in ed. A et B omiſſa, e *Ms. Bernardiano*, recepimus; ratione quoque id iubente. Quum non tantum de febribus, ſed de aliis quoque in hac altera alterius libri parte, morbis acutis, apoplexia u. g., fiat ſermo. Conferatur Sectio vltima *cap.* huius libri *primi, Prioris Partis, de febribus* A in praef. l. 9: B vero c. 1. lin. 1.

5 *Peripneumonicis*, peripleumoniacis A

6 *Iliacis*, ileodis B

7 *Stropho*, ſtrophoſis A

XI.

XI. De [8]ſatyriaſi.
XII. De cardiacis, [9]ſiue diaphoreticis.
XIII. De cholera.

## [10]CAPITA SECUNDAE PARTIS LIBRI II DE PASSIONIBUS CHRONICIS

I. De [11]querelis capitis.
II. De epilepticis.
III. De [12]ſcotomaticis.
IV. De [13]maenomenis.
V. De melancholicis.
VI. De paralyticis.
VII. De [14]catarrho.
VIII. De phthiſicis.
IX. De ſanguinis emiſſione interiorum.
X. De [15]empyicis.
XI. De [16]ſyntexi vel atrophia.
XII. De [17]aſthmaticis vel ſuſpirioſis.

### *Variae Lectiones*

8 *2 *Satyriaſi*, A addit: "vel impedimento vſus venerei". *Ms* eadem quidem exhibet, vocabulum vero *venerei* omittit.

9 *3 *Siue diaphoreticis*, qui etiam diaphoretici *Ms*, qui etiam diaphoretici dicuntur A

10 *Capita — chronicis*, def. B, in qua capita numerantur integra ſerie, ab I ad XXXIV. Noſtra ed. vna cum A capitum partis I numerat XIII, Secundae vero XXI.

11 *Querelis*, ſic *Ms* cum A, querela B

12 *4 *Scotomaticis*, ſthomaticis *Ms*, ſtomaticis A

13 *Maenomenis*, addit Graecum: μαινομένοις A

14 *Catarrho*; *catarro* vtraque ed. et A et B, contradicente etymologia.

15 *Empyicis*, empyricis A

16 *Syntexi — atrophia*, Syntexinea trophia *Ms*, Syntaxi vel atrophia A, Syntexi et atrophia B. Aſt in ipſa huic capiti praemiſſa inſcriptione, noſter, quem dedimus, titulus, inuenitur.

17 *Aſthmaticis*, asmaticis B

XIII.

XIII. De epaticis.
XIV. De ictericis.
XV. De [18]ſpleneticis.
XVI. De ſtomachi variis accidentibus.
XVII. De lumbricis.
XVIII. De dyſentericis vel lientericis.
XIX. De hydropicis.
XX. De renum vitiis vel veſicae.
XXI. De [19]arthriticis, podagricis, iſchiaticis.

*Variae Lectiones*

18 *5 *Spleneticis*, ſpleniticis *Ms*, ſpleniacis B
19 *Arthriticis*, arthricis B per typographicum ſine dubio errorem exhibet. Inſcriptio enim, vltimo huius libri capiti in B praemiſſa, *arthriticis* habet

# [1]LIBRI II, PARS I

## De oxyoris ſeu acutis paſſionibus.

### Cap. I. *De [2]acutis febribus.*

1 Haec eſt itaque, ſub omnium veterum auctoritate, febrium diffinitio; quibus etiam nos adſenſum libentiſſime[3]commodamus. [4]Eſt nobis calor [5]ingenitus: qui, cum ſe in altioribus praecordiorum locis, repentina aliqua neceſſitate, commouerit, et, [6]veluti [7]aduectus tempeſtate, loca [8]vitalia naturaliter quieta turbauerit, vaporem acriorem [9]procurat; et [10]tum quidem, ex altitudine ſto-
2 machi, febrium ferit [11]originem. [12]Sic igitur quam maxime, [13]omnibus corporum incom-

*Variae Lectiones*

1 *Libri—paſſionibus*, haec omnia deſunt in B
2 *Acutis*, deeſt in A
3 *Commodamus*, accommodamus A
4 *Eſt*, Ineſt A
5 *Ingenitus*, ignitus A
6 *Veluti*, velut A
7 *Aduectus*, aduena B
8 *Vitalia*, aliqua A
9 *1 *Procurat; et innaturalem* procurat B. Deſunt et in *Ms* et in A. In *Ms* manu recenti verba haec ſuperadſcripta erant.
10 *Tum — altitudine;* ex altitudine B
11 Poſt verbum "*originem*" incipit demum, indice quidem capitulorum praemiſſo, libri huius II partis prioris Cap. I, hac inſignitum inſcriptione: *Lib. II pars prima. De oxyoris, ſ. acutis paſſionibus. De febribus Cap. I.* Id quod ſupra indicatum iam fuit.
12 *Sic igitur*, de febribus inquam, quae B
13 *Omnibus — Febricitantibus*, A "omnibus in locis ſiue climatibus, omnique aetate, morbis omnibus certa ex (*ex* eſt quoque in *Ms*) neceſſitate vel imminentibus, vel praeeuntibus, haec ſocientur. Febricitantibus." A

mo-

moditatibus, omni aetate, omnibus locis vel climatibus, certa ex neceſſitate, morbis aut inminentibus aut praeeuntibus, ſociantur. Febricitantibus itaque generaliter omnibus, 3
vnum magnum remedium cunctorum cautum eſt auctoritate; *praecipue ſeruire temporibus*: vt, [14]pro conditione cauſarum, aegri omnes, adiutoriis competentibus, releuentur; ſimiliter etiam cibis congruis nutriantur. [15]Conueniens eſt profecto in vtrisque, incongrua aliquando bono tempore poſſe minus officere, quam ea, quae vtilia iudicantur, ſi incompetenti tempore ſuggerantur. Docuit enim natura omnium gubernatrix, 4
[16]in initiis omnium [17]exagitationum, ſub quacunque forte cauſarum aduenientium, [18]cum, praeſentis [19]commotionis tempeſtate, naturalis ille vapor turbatus, receſſus interiores

## *Variae Lectiones*

B *vero*: "omnibus corporum incommoditatibus, in omnibus aetatibus, omnibus locis vel climatibus certa neceſſitate morbis aut inminentibus aut praeeuntibus ſociantur. Febricitantibus." (*Febricitantibus* etiam *Ms* exhibet.)

14 *Pro conditione*, per conditionem *Ms* cum A

15*1 *Conueniens — ſuggerantur*, conueniens profecto, in vtrisque aliquando congruum, bonum tempus. Poſſunt enim in hjis (iis *Aldus*) officere, quae vtilia iudicarentur, ſi incompetenti tempore ſuggerantur A, *aliquando incongrua Ms*, conſentiens in reliquis cum B

16 *In*, def. in A

17*1 *Exagitationum* cogitationum *Ms*, commotionum B

18 *Cum*, quando A

19 *Commotionis*, admonitionis B

petierit, et, cum [20]exteriora articulorum
frigus vel [21]tremor [22]quaſſauerit vel occupa-
uerit; tunc nihil penitus a Medicis tentari
5 vel adhiberi debere. At vero, imminente de-
clinatione, transactis augmentis, cum pau-
latim vapor [23]ex altitudine adſpirans, omnia
illa exteriora membra perfuderit; tunc ad-
iutoriis, [24]vtpote competentius, ſeruiemus.
6 Ergo, [25]quomodo aliquando ſub certis acci-
dentibus, manifeſta declarantur nomina paſſio-
num; [26]ſic aliquando ſimplex febrium ima-
go [27]tantummodo [28]conſpicitur, quae ven-
tris ſemper conſtrictionem [*1]procuret, ca-
pitis dolorem, linguae aſperitatem; ali-
quando inſomnietates, cum leuibus mentis
erroribus. Haec [29]enim ex eadem febrium
origine, vapore naturaliter ſuperiora ap-
petente, praecipue [30]capite ſolicitato, con-
tingunt. Quae accidentia, licet etiam in
ceteris paſſionibus cum aliis ſignis plurimis
miſceantur; tamen, [*2]cum per ſe ſola fue-

### *Variae Lectiones*

20 Loco: *exteriora articulorum*, A exhibet: "ex materia articulos." In margine vero ipſamet indicat noſtram lectionem, ex B receptam.

21 *Tremor*, timor *Ms*, tumor A

22 *Quaſſauerit vel*, quaſſabilis B

23 *Ex altitudine adſpirans*, exaſperatus A

24 *Vtpote competentius*, potius competentibus A, loco *vtpote* legit *vt potui Ms*

25 *Quomodo*, quoniam B

26 *Sic*, deeſt in B

27 *Tantummodo*, deeſt in A

28 *Conſpicitur*, viſitatur B

*1 *Procuret*, percuret *Ms*

29 *Enim*, etenim *Ms* et A

30 *Capite ſolicitato*, capiti ſollicitata A

*2 *Cum*, deeſt in *Ms*

rint

rint [31]febribus ſociata, *[3]febrium magis ſimplicium [32]quam figuratarum ſpeciem, deſignare noſcuntur. Ergo cum ſimplicium 7
febrium cauſa conſtiterit, per initia commotionum, cum adhuc articulos poſſidet frigus; manibus calidis vel vaporibus, [33]cetera omnia membra calefacta contineo: tunc etiam ſomnos [34]inhibebo, nihilque aliud [35]adhiberi permittam. Cum vero ex 8
altitudine vapor exſiliens corpus omne calefecerit, et, emergens inflammatio impatiens, viſcera vniuerſa ſiccauerit; tunc, poſt clyſteris ſimplicis beneficium, etiam enemate, quod ex [36]ſucco lini ſeminis et oleo roſeo vel [37]chamaemeli temperatur, in vnciis tribus, [38]igneis illis ardoribus ſuccurrendum eſt. At vero quinta trans- 9
acta die, et primis iam temporibus aegritudinis refrenatis, cum, ſub quadam maturitate, qualitas cauſae humanior apparuerit; tunc, poſt augmenta [39]commotionis

*Variae Lectiones*

31 *Febribus; his* febribus B
*3 *Febrium*, febribus *Ms*
32 *Quam figuratarum*, et infiguratarum B
33 *Cetera*, ceteris B
34 *Inhibebo*, inhibeo *Ms* atque A
35 *Adhiberi*, inhiberi A
36 *Succo*, ſicco A
37 *Chamaemeli*, camemelo *Ms*, chamaemilo A
38 *Igneis illis*, illis igneis B
39 Poſt verba: *commotionis praeſentis* ad iſta: *aut ignem*, legit B "*pannis duplicibus vel triplicibus infuſis oleo roſeo et calido media eorum et infundenda ſunt et iuuanda: vel certe ex lini ſemine et hordei pollinibus cum aqua et oleo, vt*

 prae-

praeſentis, pannis duplicibus vel triplicibus, infuſis oleo roſeo et calido, praecordiorum loca iuuanda ſunt: vel certe ex lini ſemine et hordei pollinibus, cum aqua et oleo, vt moris eſt, adhibendum eſt cataplaſma: ex quo aut ignem illius [*4]comminationis temperemus, aut ſudorem opportuno tempore procuremus.

10 Monitum te interea volo, [40]ex vrinarum inſpectione, ſupradictae aegritudinis maturitatem, ſic [41]conſiderari debere. Aduertendum eſt itaque ex vrinis naturalibus et conſuetis, quantum in contrariam partem natura deuiauerit: vt ex hoc, [*5]quid, aut [*6]praeſens ſtatus, aut futurus aegritu-
11 dinis exitus, allaturus [42]ſit, inſtruaris. Eſt autem vrina naturaliter, quae corporis [43]eius, qui emittit., ſanitatem [44]manifeſtat, rubra mediocriter, [45]ſubpinguis, et tactu

## *Variae Lectiones*

*moris eſt, adhibendum eſt cataplaſma: ex quo*": A vero tantum haec, inter *commotionis praeſentis* ad illa: *aut ignem* exhibet: "*lini ſemine et hordei pollinibus, cum aqua et oleo, vt moris eſt, praecordiorum loca iuuanda ſunt: ex quo*". Ex vtraque corrupta, manca, nullum ſenſum exhibente lectione, integriorem ac pleniorem, noſtram condidimus.

*4 *Comminationis*, ſic *Ms*, commotionis A et B

40 *Ex*; *profecto* ex B

41 *Conſiderari*, conſiderare B

*5 *Quid*, quod *Ms*

*6 *Praeſens; ad* praeſens, *Ms*

42 *Sit*, eſt B

43 *Eius, qui emittit*, quietem et B

44 *Manifeſtat*, manifeſtet B

45 *Subpinguis; et* ſubpinguis A

ca-

calida; habens naturaliter nebulas, in
aquam maxime [46*7]appetentes. Quantita-
tem vero, ex [47*8]accepto potu, noſſe con-
ueniet. Haec itaque cum inſpexeris, de 12
maturitate aegritudinis bene confidens, ad-
iutoriis competentibus [48]imminebis. Super-
ueniente igitur declinatione [49]temporalis
commotionis, [50]etiam prioribus adiutoriis
[51]procurata; tunc et linguae curationi, et
ceteris, quae cibos [52]impedire [53*9]conſue-
runt, ſeruiendum erit. Aliquando etiam 13
[54]lixipyreta, [55*10]pro cataplaſmate adhibita,
quam maxime profuerunt; quae infundere
[56]et nutrire [57]magis, quam infrigidare cor-
pora ardentia, videantur. Quae conficere
hoc modo conſueuimus: [58]ſpumae argen-
ti vncias III, mellis vncias III, [*11]ſucci lini
ſeminis vncias VIII, cerae vncias III, [*12]olei

*Variae Lectiones*

46 *7 *Appetentes*, appetens *Ms*, appetente B

47 *8 *Accepto — noſſe*, accepto nos *Ms*, accaepto noſſe A, accepto potu adhibere nos B

48 *Imminebis*, viſitabis, *Ms* cum A

49 *Temporalis commotionis*, temporales commotiones A

50 *Et iam*, etiam A

51 *Procurata*, procurato A

52 *Impedire*, praeire B

53 *9 *Conſuerunt*, conſuerit *Ms*, conſueuerunt A

54 *Lixipyreta*, lixoperita A

55 *10 *Pro cataplaſmatis*, tempore cataplaſmate *Ms*, pro cataplaſmatis A, tempore cataplaſmata B

56 *Et*, ac A

57 *Magis*, deeſt in B

58 *Spumae*, ſpuma A

*11 *Succi lini*, ſucolini *Ms*

*12 *Olei roſei*, oleo roſeo *Ms*

roſei vel [59*13]chamaemelini, libras II: [60]conficies, vt moris eſt, et vteris [61]in vicem cataplaſmatis; commotiones competenti
14 tempore iuuaturus. His igitur adhibitis, ſimplices [62]has aegritudines ſic viſitare conſueuimus vsque in plenam [63]declinationem: quo etiam, lauacris adhibitis, et reparare ſanitatem, et reparatam cuſtodire poſſimus.
15 Igitur, [64]quoniam huius aegritudinis ſpecies, quae ſolis febribus cum propriis accidentibus [65]deſignantur, hac pagina [*14]compendioſe compoſui; in ſequenti ordine, acutas omnes paſſiones, propriis [66]nominibus [67]et [a]accidentibus, deſignabo. [68]Sumimus itaque initium de phreneticis, febrium acutarum neceſſitate fluctuantibus; adiungentes adiutoria competentia.

*Variae Lectiones*

59*13 *Chamaemelini*, camile *Ms*, chamaemeli B
60 *Conficies*, conficis A
61 *In vicem*, inuicem B
62 *Has*, deeſt in A
63 *Declinationem*, viſitationem A
64 *Quoniam huius*, poſtquam illius *Ms* et A
65 *Deſignantur*, deſignatur A
*14,15,16 *Compendioſe*, compendiore *Ms*
66 *Nominibus; cum* nominibus B
67 *Et*, atque etiam B
a *Accidentibus*, accidentia *Aldus*
68 *Sumimus — competentia*, Haec verba in ed. B initium conſtituunt capitis ſecundi. Nos, auctoritate, cum *Ms* tum ed. A, ſuffulti, noſtram damus lectionem.

C. II.

## C. II. *De phreneticis.*

Phreneticorum [1]cauſas, certa accidentia 1
[2]et manifeſta deſignant. Sunt enim acu-
tae febres, cum terribili mentis alienatione;
ſunt iuges inſomnietates, ex [3]meningae
[4]incenſione vel indignatione, venientes.
[5]Et, quod ſpeciale accidens [6]his tantummo-
do [7]manifeſtum eſt, [8*1]de parietibus aut ſtra-
minibus paleas vel floccos legunt. [9]Ante 2
omnia, vt ſuperius praemonuimus, commo-
tionum temporibus ſeruiendum eſt. Docet
natura, [10]nihil aſperum, nulla penitus adiu-
toria, [11*2]admouenda; quae, importunis tem-
poribus quam maxime adhibita, nocere pro-
bata ſunt. Per initia [a]itaque [12]huiuſce paſ- 3
ſionis, lucidum [13]ac temperatum primo cubi-
culum prouidendum eſt. Ciborum obſer-
uanda continentia. Et, ſi [14]praedicta [15]acci- 4

### *Variae Lectiones*

Cap. II. 1 *Cauſas*, cauſſam A

2 *Et*, deeſt in A

3 *Manifeſta*, manifeſte A

4 *Incenſione*, tenſione A

5 *Et quod*, vnde quum A

6 *His*, hos A

7 *Manifeſtum eſt*, manifeſtauerit A

8 *1 *De parietibus — legunt*, vel ſi floccos intenſius legerint A. *Intentius* et *Ms* legit, in reliquis cum B conueniens.

9 *Ante — eſt*, commotionum temporibus, vti iam ante praemonuimus, ſeruiendum eſt A

10 *Nihil aſperum*, exaſperatis A

11 *2 *Admouenda; quae*, verbis hiſce interiecta ſunt in A: "*ex his praeſertim.*" Admouendorum *Ms*

a *Itaque*, atque *Aldus*

12 *Huiuſce*, huius B

13 *Ac*, deeſt in *Ms*, *et* exhibet B

14 *Praedicta*, ſupradicta B

15 *Accidentia*, adiutoria *Ms* cum A

dentia, quibus paſſio publicata eſt, intra tertium diem apparuerint euidentia: et, ſi nulla nos, aut aetatis aut temporis ratio, [16]remoretur, phlebotomo ſubueniemus; licet, ad detractionem ſanguinis, [17]cunctator [18]raro peccauerit. Cum enim [19][*3]ſanguinis, commodiſſimi elementi, copia laborantes, etiam [20]alienis [21]poſſint [22]iuuari [23]remediis; [24]eo ſane detracto vel amiſſo, difficile reparantur. Ventris item ſi conſtrictum fuerit officium, [*4]per clyſterem ſimpliciſſimum procurabo, melicrato calido oleum tantummodo admiſcens; [25]nihil aſperum neque [26]pyreticae qualitatis adiiciens. Certum eſt enim, febricitantibus omnes [27]collectiones meningae ſociari. Vini vel aceti penitus in his odor fugiendus eſt. [28]Cibus humectus et [29]lenior eſt adhibendus: [30]aptis temporibus ca-

## *Variae Lectiones*

16 *Remoretur*, remouerit B

17 *Cunctator*, ſic *Ms*, cunctatior A. In cuius margine adhuc legitur: "Alias *cunctator*". Cunctatio B

18 *Raro*, non facile A

19 [*3] *Sanguinis — laborantes*, ſanguinis commodiſſimo elemento, corpora laborantia B. *Sanguis*, loco *ſanguinis*, exhibet *Ms;* in reliquis ceterum cum B conſentiens.

20 *Alienis*, alia B

21 *Poſſint*, poſſunt B

22 *Iuuari*, inuenire B

23 *Remediis*, remedia B

24 *Eo ſane*, def. B

[*4] *Per clyſterem*, proclyſterem *Ms*

25 *Nihil*, nil B

26 *Pyreticae*, diureticae A

27 *Collectiones*, iniectiones B

28 *Cibus — adhibendus*, Cibos humectos et leuiores aptis temporibus miniſtrabo B

29 *Lenior*, leuiores B

30 *Aptis — infundendum*, Moneo attamen primis temporibus caput oleo roſeo infundendum B

put

put oleo roſeo infundendum. Et ſi, his 6
adiutoriis contemptis, paſſio augmenta [31]ce-
perit, [32]ita vt, extenſioribus vigiliis, et fe-
bribus, et alienationibus adhuc moleſtiſſimis,
terreamur; [33]oleo chamaemelino vel anethi-
no calido, [34]in quo papauer vel lactucae ſe-
mina, vel menthae vel hederae ſuccos co-
xeris [35][*5]vel miſcueris, eorum capita [*6]fre-
quentius [36]irrigabis. Si vero [*7]impatientius 7
ſe [37]iactando quaſſauerint, [38]quod eſt omni-
bus vigilantibus accidens ſpeciale; mollibus
ligaturis faſciarum alligatos, quieſcere facie-
mus. [39][*8]Minus etenim incommodi accidere
poterit, ex vigiliis, [40]quietis; quam ſi, inter [41]lu-
ctationes nimias, [42]interceptis viribus, ſati-
gentur. Vultus eorum ante cibos, aqua 8
calida, vbi agreſte papauer, aut lactucae
ſemen, et [43]cetera illa, quae [44][*9]ſignificaui-

*Variae Lectiones*

31 *Ceperit*, perceperit *Ms* cum A
32 *Ita*, def. B
33 *Oleo — calido*, oleum chamaemilinum vel anethinum calidum A
34 *In quo*, vbi B
35 *5 *Vel miſcueris*, coxeris miſcueris *Ms*, miſcebis et A
*6 *Frequentius*, frequentibus *Ms*
36 *Irrigabis*, rigabis B
*7 *Impatientius*, impatientibus *Ms*
37 *Iactando*, luctando A
38 *Quod*, vt B
39 *8 *Minus etenim*, etenim *Ms*, etenim plus A minus enim B
40 *Quietis*, inquietis A
41 *Luctationes*, iactationes B
42 *Interceptis*, intercaepti A
43 *Cetera illa*, illa caetera B
44 *9 *Significauimus*; ſignificabimus *Ms*, ſignificamus A

9 mus, decoxeris, fomententur. Similiter etiam articuli eorum, lingua quoque, ex melle et oleo mixto roſaceo, aut certe ex ſucco lini ſeminis, irrigentur. Febribus etenim perſeuerantibus, aegri [45]plus ſiccitate
10 linguae quatiuntur. Lectus eorum ſuſpendendus eſt, et ad vicem geſtationis agitandus. Frequenter enim ex illa lecti motione, [46]velut intentis oculis et mentibus occupatis, ſomnos his dulciſſimos [47]procurabi-
11 mus. *Media eorum, conſideratis temporibus, oleo dulci calido, fomentanda ſunt; aliquando, mixta aqua calida, [48]ptygmatibus

## *Variae Lectiones*

45 *Plus*, amplius A

46 *Velut intentis*, veluti et mentis A

47 *Procurabimus*, procurauimus B

* *Media*, ſunt partes in medio corporis ſitae: i. e. ſuperioris abdominis, hypochondria, regio ſtomachi, praecordia. Cap. III ſequente S. 3, "*media praecordiorum*", occurrunt.

48 *Ptygmatibus*, pertigmatibus *Ms* cum A. *Ptygma, plagula*, i. e. panniculus complicatus, vel in ſinus conuolutus. In margine *Coelii Aureliani ed. Amſtelod.* 1755 4°, L. I, c. 1, *Tard. Paſſionum* p. 271; et c. 4, p. 311, per *complicatos panniculos*: in L. vero II, c. 13, p. 402, per *inuolutos* et *multiplices panniculos*, exponitur. Optime vero ab *Aureliano* ipſo *Tard. Paſſ.* L. III, c. 2, pag. 437, deſcribitur *ptygma* verbis hisce, "*conuenit etiam* multiplicati linteaminis *vaporatio*, *ſiue pannorum vel* plagellarum, *quae Graeci* πτύγματα *vocant*". Vocabulum πτύγμα *Hippocrati* iam fuit vſu familiare. Conf. *Foeſii Oeconomia Hippocratis* Ed. *Francofurt.* 1588, p. 543. Falſa illa *Ms* ac ed. *Argentoratenſis* lectio

in-

infundenda. [49*10]Similiter etiam inguina eorum, huic quam maxime [*11]compatientia aegritudini. Frequenter etiam ſeminum cataplaſmatibus [50]haec eadem media eorum iuuanda erunt. Iuuat interea [*12]multum de- 12
tonſio capillorum; [51]et ſi, raſo capite, [52*13]ſanguinis detractio, admotis cucurbitis, adhibeatur. Ex hoc [53]enim adiutorio, quantum ſaepe probatum eſt, ad plenam cauſae [54]perducti ſunt digeſtionem. Haec eſt, Ami- 13

## *Variae Lectiones*

"*pertigmatibus*", aduocatur ab *Almelonueenio*, in Lexico, *Coelio Aureliano* ſubiuncto, cum reprehenſione; aſt opera fruſtranea: quum vera illa "*ptygmatibus*" lectio in ed. *Baſileenſi* iam occurrat, ex hac in noſtram transducta.

49 *10 *Similiter — aegritudini*, ſimiliter etiam inguen eorum (*propius* addit *Ms*) huic quam maxime compatiens aegritudini A, ſimiliter inguina eorum huic quam maxime familiariter aegritudini compatientiaB

NB: Vocabulum "*etiam*" *Ms* quoque, vna cum ed. A, exhibet; in reliquis cum B conſpirans.

* Fomentanda nempe eſſe quoque iisdem remediis phreneticorum *inguina*; ac *media*, i. e. hypochondria vel abdomen vniuerſum; aut cardiam, ſcrobiculum cordis adpellatam.

*11 *Compatientia aegritudini*, aegritudini compatientia *Ms*. Aſt voce "*familiariter*", in B vocabulis "*compatientia aegritudini*" praepoſita, caret *Ms*,

50 *Haec eadem*, deſunt haec verba in *Ms* aeque ac A

*12 *Multum*, multa *Ms*

51 *Et*, aut A

52 *13 *Sanguinis — adhibeatur*, admotis cucurbitis, ſanguinis cum detractione adhibeatur *Ms*, admotae cucurbitae, cum ſanguinis detractione adhibeantur A

53 *Enim*, etenim A

54 *Perducti*, perductae A

ce,

ce, ſimplex phreneticorum medicina; quae, naturae beneficiis, et adiutoriis [55]ſic ordinatis, competenti tempore adhibitis, continetur. His etenim rite cuſtoditis, facilius poteſt aegritudo victa ſuccumbere.

## C. III. *De lethargicis.*

1 Lethargicis et phreneticis [1]capitis eſt vel meningae ſimile, ſub extenſione vel conſtrictione, periculum: [*1]vtrique acutis febribus agitantur. His tamen accidentibus differunt: quod phrenetici, manentibus inſomnietatibus et alienationibus, eriguntur; lethargici vero, ſub ſimili incommoditate vigiliarum, [*2]grauedine moleſtiſſima, et falſo veluti [2]ſomno, moleſtius deprimuntur.
2 Sunt [3]ſane hae differentiae, [4]ſub ſimili [5]ſorte [6]paſſionis, [7]in vtrisque; [8]ita tamen, vt [9]plus lethargici periclitentur. Nam phrenetici,

### *Variae Lectiones*

55 *Sic*, ita B

Cap. III. 1 *Capitis — meningae*, ſimile eſt capitis aut miningae A
*1 *Vtrique*, vtique *Ms*
*2 *Grauedine*, grauitudine *Ms*
2 *Somno*, ſomnio B
3 *Sane*, deeſt in *Ms* et A
4 *Sub*, ex A
5 *Sorte*, deeſt in A. *Sub ſimili ſorte paſſionis* i. e. phreneticis et lethargicis, haec ſymptomata ſunt communia. Aſt, ſub eodem gradu horum ſymptomatum, lethargo adfecti, in maiori verſantur periculo, ac phrenetici. *Sub ſimili ſorte paſſionis*, i. e. ſub ſymptomatibus iisdem.
6 *Paſſionis*, paſſione A
7 *In vtrisque*, ſubortae A
8 *Ita tamen*, deſ. B
9 *Plus*; *magis* plus B

am-

[10]amplius grauati, lethargici fiunt: lethar-
gici vero [11]releuati, in phreneticos [12*3]reuo-
cantur. Vna eſt ergo et aequalis [13]vtrisque
cauſa vitiorum; [14]eadem etiam [15]viſitandi di-
ligentia eſſe [16]debebit. Sed phreneticis quies 3
et patientia indicenda eſt: lethargicis vigi-
liae procurandae ſunt. [17]Ergo lethargicis
fotus capitis ſimplex adhibendus eſt, [18]vt
phreneticis, ([19]exceptis herbis illis vel ſemi-
nibus [20*4]ſoporiferis); [a]quibus media prae-
cordiorum ſimiliter adiuuanda ſunt. Linguae 4
ſiccitas eodem modo [21]riganda: [22]aeque ven-
tris officium procurandum. Caput quoque
ſic detractione ſanguinis releuari debebit.
Vno eodemque modo vel tempore, etiam
ciborum qualitate, nutriendi [23]erunt. Vnum 5

*Variae Lectiones*

10 *Amplius*, plus B. Ob tautologiam praetulimus *amplius*. *Phrenetici* plus grauati, i. e. in deteriorem ſtatum lapſi, fiunt *lethargici*.

11 *Releuati*, ſic B cum *Aldo*, reuelati A

12 *3 *Reuocantur*, releuantur *Ms*, mutantur A

13 *Vtrisque; in* vtrisque A

14 *Eadem*, ſic *Ms* et A, eademque B

15 *Viſitandi*, in viſitando A

16 *Debebit*, debebat A

17 *Ergo*, his igitur B

18 *Adhibendus — phreneticis*, ſic *Ms* et A, vt phreneticis adhibendus eſt B

19 *Exceptis*, ſic *Ms* cum A, *ſed* exceptis B

20 *4 *Soporiferis*, ſoporis ferens *Ms*, ſapores afferentibus A

*a* *Quibus*, qui *Aldus*

21 *Riganda*, riganda *erit* B

22 *Aeque*, riteque A

23 *Erunt*, ſunt A

ta-

tamen [24*5]praecipue curandum, vt, frequentibus ſternutamentis, pinnae tantummodo admonitione, releues; acutis duntaxat adhuc febribus permanentibus: deſinentibus vero caloribus, et illis grauationibus perſeuerantibus; tunc acerbis adiutoriis [25*6]ptar-

## *Variae Lectiones*

24 *5 *Praecipue — tunc*, corruptiſſimus, in vtraque editione aeque ac in *Ms*, locus. Quod vt eo melius pateſcat, et ex *Ms*, et ex duabus dictis *edd.* vitiatum illum, vt in iſtis exſtat, in conſpectum producere hic viſum fuit; nec non et eundem, prout a nobis reſtitutus nunc videtur. Nimirum

1 *Ms* habet: "praecipue, quod frequentibus ſternutamentis pinnae interim admonitione tantummodo releuandi erunt, acutis duntaxat febribus perſeuerantibus, tunc"

2 *Ed. Arg.* exhibet: "praecipue curandum, vt ſi per ſpinae tantummodo admonitionem febres adhuc acutas perſeuerare intellexeris, frequentibus eos ſternutamentis releues, tunc"

3 *Ed. B.* profert: "praecipue, quod frequentibus ſternutamentis pinnae interim admonitione tantummodo releuandi erunt, acutis duntaxat febribus permanentibus: *deſinentibus vero caloribus, et illis grauationibus perſeuerantibus*, tunc"

4 Noſtra ed. vero: "praecipue, vt frequentibus ſternutamentis, pinnae tantummodo admonitione, releues; acutis duntaxat febribus permanentibus: deſinentibus vero caloribus, et illis grauationibus perſeuerantibus, tunc" i. e. febre acuta adhuc durante, leui tantummodo pinnae narium admonitione (i.e., irritatione), minime acrioribus remediis, ſternutationem eſſe procurandam: deſinente vero calore ſ. acuta febre, acriora tunc adhibenda medicamenta ptarmica.

25 *6 *Ptarmicis*, proptarmicorum *Ms*, ptarmicorum B

mi-

micis imminere nos conueniet; in lucido
ſane et temperato cubiculo. Articulos ve- 6
ro eorum [*7]vnguo frequenter oleo veteri
vel cucumeracio; mixto [26]nonnunquam ni-
tro, aut pipere, aut caſtoreo : et vncta [27]ſo-
lidius defricabo. Et ſi frigidi adhuc fuerint,
etiam [28]ſinapis puluerem admiſceo. Nam
[29*8]aliqui etiam ſanguiſugas fronti eorum vel
temporibus, recte adhibuerunt. Perſeue- 7
ranti vero grauedine et ſenſus occupatione
demerſis, expedit accipere, [30]in modum
cochlearis vnius cum melicrato, caſtorei
puluerem. Expedit etiam [31*9]apophlegma-
tizare [32]ex [33]oxymeli, [34]hyſopi, aut origani,
aut thymi, aut pulegii, aut rutae, [35]deco-
ctione. Et, ſi adhuc, [36*10]illa ſub [37]veluti 8
depreſſione capitis, [38]deponuntur; etiam
ſinapiſmus adhibendus erit: vnguenta [*11]quo-
que ex caſtoreo, et oleo Sicyonio. Iam
tunc etiam odores naribus admouendi, ex

## *Variae Lectiones*

*7 *Vnguo*, vngeo *Ms*
26 *Nonnunquam*, quippiam B
27 *Solidius*, ſollicitius A
28 *Sinapis*, ſinapi A
29 *8 *Aliqui*; *et* aliqui *Ms* et A
30 *In modum*, ad menſuram A
31 *9 *Apophlegmatizare*, apophlegmatigare *Ms*, apophlegmatidiare B
32 *Ex*, in B
33 *Oxymeli*, oxymelle A
34 *Hyſopi*; *et* hyſſopi A
35 *Decoctione*, decoctionibus A
36 *10 *Illa ſub*, ſic *Ms*, iſta A, ſub illa B
37 *Veluti — capitis*, veterem capitis depreſſionem A
38 *Deponuntur*, non deponant A: i. e. ſi iſtud malum, caput deprimens, diutius perdurauerit.
*11 *Quoque*, vero *Ms*

ca-

caſtoreo, pulegio, origano, thymo, et [39] [*12]baccis lauri. Hoc et ex cornu ceruino, et galbáno fieri, commodum [40]probauimus.

9 Haec igitur grauatis lethargicis adhibenda ſunt, vbi febrium acutarum [41]interuenerit neceſſitas; quae [42]quidem nos, [43]omnia phreneticorum ſimilia adiutoria adhibere, compellit.

## C. IV. *De pleureticis.*

1 Pleureticorum haec eſt certiſſima definitio: dolore inſuſtentabili et perſeueranti circa interiora lateris afficiuntur, febribus aeque acutis minime deſiſtentibus, [1][*1]tuſſi [2]moleſtiſſima, [3]ſputamentis variis effluentibus. Super quod latus, [4][*2]iacere ſe tolerabilius, aſſeuerant. [5]Compreſſo etenim loco [*3]dolente, ad ſaniores partes [6]demi-

*Variae Lectiones*

39 *12 *Baccis*, ex bacca *Ms*, et bacca B

40 *Probauimus*, approbauimus B

41 *Interuenerit*, non interuenerit A

42 *Quidem*, deeſt in B

43 *Omnia — adhibere*, omnia eis quae phreneticis accommodari ſolent adiutoria, vel illis ſimilia adhibere A

Cap. IV. 1 *1 *Tuſſi*, tuſſim *Ms*, *et* tuſſi A

2 *Moleſtiſſima*, moleſtiſſima *compreſſi* A

3 *Sputamentis — effluentibus*, ſputa varia eiicient *Ms* et A, *et* ſputamentis variis effluentibus B

4 *2 *Iacere ſe*, iacens *Ms*, iacuerint A

5 *Compreſſo — dolente*, Nam loci dolentis A

*3 *Dolente*, dolentes *Ms*

6 *Demigrans*, in tempore demigrat A

grans

grans preſſa materia, [7]in tempore locis lan-
guentibus, moderatur. Febrium itaque 2
temporibus ſeruientes, adiutoria et cibos
congruos [8]adhibebo. Cubiculum procurabo
calidum et lucidum. [9]Melicraton [10*4]initio
ex deſpumato melle ſuggeram, omni ae-
gritudinis tempore miniſtrandum. Interea, 3
[11]ſi [12]minacia nos augmenta terruerint, [*5]re-
tractantes aegrotantis aetatem, temporis
qualitatem, prouinciarum naturam; intra
tertium diem phlebotomo [13]ſubuenire nos
conuenit. Item ventris officium [14]prouo- 4
candum eſt; aut [15]balano ſubponendo, aut
[16]clyſtere ſimpliciore. Lateri vero dolen-
ti, ex oleo ſamſucino calido, fomentum
adhibeo: et, [17]ex ſamſuci puluere vel ru-
tae ſiccae, loca affatim aſpergo dolentia.
Poſt vero, ſuccidas aut ſulfuratas calefa- 5
ctas, lanas, ppono; variis et frequentibus
ceteris vaporibus loca mitigabo: [18]et ali-
quando ſaccellis ex cantabro; aliquando ex
milio vel ſalibus calefactis; aliquando oleo

*Variae Lectiones*

7 *In — moderatur*: ac tum loca ipſa languentia releuantur A
8 *Adhibebo*, adhibemus B
9 *Melicraton*; *Ex initio* mellicraton A
10 *4 *Initio ex*, def. A, ex hymetio et B, noſtra lectio eſt ex *Ms*
11 *Si*, ſi *ſtatim* A
12 *Minacia*, def. A
*5 *Retractantes*, retractentes *Ms*
13 *Subuenire nos*, ſic *Ms* cum A, nos ſubuenire B
14 *Prouocandum*, procurandum *Ms* et A
15 *Balano*, balanum A
16 *Clyſtere ſimpliciore*, cliſterem ſimpliciorem A
17 *Ex*, eius B
18 *Et*, vt B

ſupradicto ſamſucino, vel [19]rutaceo, adiecto [20]in veſicam, vaporamus. Adhibemus etiam ventoſarum ſuis temporibus aptiſſimum adiutorium.
6 Perſeuerantibus vero doloribus, etiam cataplasmata chalaſtica cum melle de ſeminibus, [21]addo: detrahens [22]ſpeciem foenigraeci; quod, vt [*6]expertus ſum, [23]febrientibus caput ſemper dolore et inflatione ſolicitat. Cibos vero, vsque ad aegritudinis digeſtionem, commodis temporibus matutinis quam maxime, [24]ſorbiles miniſtrabo et calidos. [25]Semper [26]enim, naturae certa ratione, veſpertinae horae, [27*7]craſſioris acceſſu, aegros animos ad triſtitias

## *Variae Lectiones*

19 *Rutaceo*, rutato B
20 *In*, def. A
21 *Addo*, ſic *Ms* et A, ſuperaddo B
22 *Speciem*, ſemen A
*6 *Expertus ſum;* expertus eſt *Ms*, expertus es A
23 *Febrientibus — ſolicitat*, febrientibus caput ſemper dolore et *inflatione* ſollicitatur, quod expertus es A, quod, vt expertus ſum, febrientibus caput ſemper dolore et inflammatione ſolicitat B. *Ms* eadem cum ed. *Baſileenſi* verba exhibet, praeterquam quod, vna cum ed. *Argentoratenſi*, loco "*inflammatione*" legat "*inflatione*".
24 *Sorbiles — calidos*, ſic *Ms* cum A, ſorbiles et calidos miniſtrabo B
25 Inter verbum "*calidos*" et proxime ſubſequens "*ſemper*" gloſſema hoc exſtat in ed. *Baſileenſi:* auctoritate, cum *Ms*, tum ed. *Argentoratenſis* ex contextu a nobis eiectum: "Tunc etenim etiam in perſeuerantibus febribus tempus ſiue adiutoriorum ſiue ciborum veteres phyſici aptiſſimum adſeuerauere".
26 *Enim*, etenim B
27 *7 *Craſſioris acceſſu*, craſſiores acceſſus A, craſſioris aeris acceſſu B. Ex *Ms* noſtra eſt lectio.

quas-

quaſdam adducunt, et [28]veluti initia co-
gunt renaſci commotionum. [29]Addo inter-
ea: [*8]quod facilius aegritudinem refraena-
bis, ſi per dies ſingulos ſemel tantummodo
cibos adhibeas. Sub hac igitur viſitatione, 7
ſi necdum aegritudinis augmenta receſſe-
rint, diebus pluribus [30]ex melicrato, aut
[31]hyſopum aut rutam viridem, decoquam:
[32]ex hoc frequenter eos potabo. Locis ve-
ro impatienter dolentibus, etiam [33]ſcarifi-
cationes impono. Ita etenim frequenter ad
[34]peripneumonicorum non [35]permittetur ae-
ger vicina peruenire pericula.
Dolentes vero latus ſine febribus, et 8
ceteris accidentibus [36]pleureticorum remo-
tis, quos iam non pleureticos, ſed *latus do-
lentes* [*9]proprie appellabo; ex ſubiectis alia
diligentia viſitamus. Piper, vel cyminum
vel caſtoreum, aut rutam ſiccam terentes,
[37]melicrato miſcentes, potui [38]dabimus.

## *Variae Lectiones*

28 *Veluti — commotionum*, vitia veluti renaſci cogunt commotionem A

29 *Addo — facilius*, interea addentes. Eoque facilius A

*8 *Quod*, quo *Ms*

30 *Ex*, deeſt in B

31 *Hyſopum — decoquam*, ſic *Ms* et A, hyſopo aut ruta viridi decocta B

32 *Ex; et* ex A

33 *Scarificationes*, eſcas vſciones *Ms*, ἐχάρας vſtionis A

34 *Peripneumonicorum*, peripulemoniacorum A. Error typographicus, pro *peripleumoniacorum.*

35 *Permittetur*, ſic *Ms* et A, permittitur B

36 *Pleureticorum; ſupradictis* pleureticorum B

*9 *Proprie*, proprios *Ms*

37 *Melicrato*, mellicratoque A

38 *Dabimus*, ſic *Ms* et A, damus B

Oxyporia [39]quoque adhibenda erunt. Item acopo calido, commixto opobalſamo, aut [40]glaucino aut laurino, latus ipſum perun-
9 guendum eſt: [*10]eſt et fricandum. Quibus adhibitis, ſi necdum dolor quieuerit; ſuper illam decoctionem, quam ſuperius ordinauimus, [41] [*11]fraxini radicem aut capparis, admiſcebo. Dabo interea etiam [42]antidota, apta frequenter pleureticis; ſuperaddens ſamſuci puluerem, iisdem [43]ſemper adiuto-
10 rium commodiſſimum. Nam et emplaſtra, vel malagmata his ſaepiſſime profuerunt, ex rutae [44]foliis viridibus contritis [45]cum axungia: et cetera quamplurima, quae ſibi quisque, in tempore, cauſae [46]probata [47]et vtilia eſſe, cognouerit.

## C. V. *De [1]peripneumonicis.*

1 [2]Peripneumonicos haec accidentia manifeſtant: febres acutae, thoracis pondus; quod etiam laterum ſolicitet vicinitatem.

### *Variae Lectiones*

39 *Quoque*, def. A
40 *Glaucino*, gleucino B
*10 *Eſt*, ſic *Ms*, def. A et B
41 *11 *Fraxini*, flacmi *Ms*, phlogmi B
42 *Antidota*, antidotia B
43 *Semper—commodiſſimum*, ſuperadiutorium comodiſſimum *Ms*, ſemper adiutoriis commodiſſima B
44 *Foliis — contritis*, foliorum viridium contritorum *Ms* et A
45 *Cum*, et B
46 *Probata*, probatae *Ms* et A
47 *Et*, def. A

Cap. V. 1 *Peripneumonicis*, peripleumoniacis A
2 *Peripneumonicos*, peripleumoniacos A

Ia-

Iacere [3]ſe ſupinos non facile patiuntur, ſed magis ſedendo [4]releuari [5]potius adteſtantur, infectas veluti quodam [*1]rubore genas [6]habent. Anhelitum tardum, et ſuſpirium patiuntur. Tuſſiunt frequenter, ſputa ſanguinea et ſordida [7]egerunt, pulmonis periculum deſignantia. His [8]primo lucidum et ca- 2
lidum [9]cubiculum prouidendum eſt. His, febrium temporibus ſeruiens, adiutoria et cibos moderatius [10]miniſtrabo. [11]E ſuccis ptiſanae aut alicae, mellis quippiam [12]habentibus deſpumati, [13][*2]melicraton faciendum eſt (ſicuti etiam in pleureticis [*3]ordinatum); cui concoqui debet ruta viridis, [14]hyſopus vel origanum; aut [*4]iris Illyrica: quae quam maxime perſeueranti tuſſiculae [15]mederi conſueuit. Si vero digeſtio [16]ſputorum tarda et 3
difficilis fuerit; [17]vel, ſi pectora eorum vi-

*Variae Lectiones*

3 *Se ſupinos*, ſupini A
4 *Releuari*, releuantur A
5 *Potius*, facies A
*1 *Rubore*, robore *Ms*
6 *Habent*, deſ. A
7 *Egerunt*, digerunt *Ms* ac A
8 *Primo*, ſic *Ms* et A, *ergo* primo B
9 *Cubiculum*; *vtpote calaſticum* cubiculum, ſic *Ms* et A
10 *Miniſtrabo*, adminiſtrabo A
11 *E ſuccis*, ſucis B
12 *Habentibus deſpumati*, deſpumati habentibus A
13 *2 *Melicraton*, melicrati *Ms*, melicratum B
*3 *Ordinatum*, ordinatum *eſt* A et B. Nos, euitandae tautologiae ergo, ſequimur *Ms*
14 *Hyſopus*, hyſopum B
*4 *Iris*, deeſt in *Ms*
15 *Mederi*; *facilius* mederi B
16 *Sputorum*, ſputuum B
17 *Vel — pectora*, veluti B

ſcoſa quadam pinguedine [18]praecludantur; [19]in modum vnius cochlearis, ieiunos, [20]recentis butyri, frequenter, [21]acceptione,
4 iuuamus. Ventris officium aſſidue procurabo. Thoraci eorum, hoc eſt [22][*5]peccatori, adiutoria omnia pleureticorum adhibeo; tam in fomentis, quam in cataplasmatibus, [23]ce-
5 terisque vaporibus conſtituta. Cerotaria quoque ex oleo Cyprino, [24]habentia [25]ſinapis puluerem, adhibenda ſunt: quibus ad [26]exteriorem cutim, pulmonis laborantis cauſa interior, prouocetur. Nam et ventoſae impoſitae, par beneficium, etiam miti-
6 gando, praeſtiterunt. In declinatione vero [27]huiuscemodi aegritudinis, emplaſtris et [28]malagmatibus [29][*6]amynticis [30]vti nos [31]conueniet; pro tempore aptis [32]et humaniori-

*Variae Lectiones*

18 *Praecludantur*, percludantur A
19 *In — vnius*, ad menſuram A
20 *Butyri — ieiunos*, ieiunos recentis butyri *Ms* et A
21 *Acceptione; eos* acceptione B
22*5 *Peccatori*, pectori A et B
23 *Ceterisque; quam* caeteris B
24 *Habentia*, habente *Ms* et B, habentia A
25 *Sinapis*, ſinapi A
26 *Exteriorem cutim*, exteriores cutes B
27 *Huiuscemodi*, huiusmodi A
28 *Malagmatibus*, ſic *Ms* et A, malagmatis B
29 *6 *Amynticis*, amicticis *Ms*, amycticis A. *Amynticum* defenſiuum, *amycticum* erodens.
30 *Vti — aptis*, pro tempore aptis vti nos conueniet A
31 *Conueniet*, conuenit B
32 *Nec — et*, et B

bus

bus lauacris ; [33]ceteriſque , quibus , [34] [*7]poſt tantam aegritudinem , reparare membra laſſiora et roborare , [35]facilius valeamus.

## C. VI. *De ſynanchicis.*

Duplex [1]eſt ſynanchicorum ſpecies : vna 1
quae cum tumore nimio , vel indignatione gutturis, et vuae, et faucium, et viacinarum partium , efficitur. Altera ſine tumore , [2]iisdem tamen inhaerentibus ſignis vel accidentibus : quae plus periculi facere [3]conſueuit. [4]Hanc eandem *cynanchen* medici
appellare conſueuerunt. Meatus vtrisque 2
[5]transuorandi difficilis fiet ; et [*1]de concluſione [6]locorum , vel ſuſpirio , [7]etiam nauſeando , periclitantur.
Hi hoc modo curandi 3
erunt : cubiculum maius [8]calidum procurandum eſt ; [9]clyſtere acriore officium ventris cogemus. Et , ſi aetas eorum adhuc calidior fuerit , phlebotomo liberantur , ex venis ſub lingua apparentibus ; eo ſane tempo-

### *Variae Lectiones*

33 *Ceteriſque*, et caeterisB
34 *7 *Poſt — aegritudinem*, eſt tantam aegritudinem *Ms*, ex tanta aegritudine A
35 *Facilius valeamus*, poſſimus *Ms* et A

Cap. VI. 1 *Eſt*, deeſt inA
2 *Iisdem*, hisdem B
3 *Conſueuit*, conſueuerunt A
4 *Hanc — conſueuerunt*, defic. in *Ms* et A: gloſſam omnino redolens.
5 *Transuorandi*, in transglutiendo A
*1 *De ; ex* de *Ms*
6 *Locorum ; eorum* locorum A
7 *Etiam ; vel* etiam A
8 *Calidum ; et* calidum A
9 *Clyſtere acriore*, clyſteris ardore A

re, quo neceſſitas coëgerit detractionis. Vbi
enim febrium timor deſuerit , etiam poſt
[10]tertium diem [*2]ſanguinis detractio non ne-
4 gatur. [11]Gargariſmatio vero has cauſas fau-
cium frequentiſſime [12]tali nouimus releuari :
melicrato , in quo aut cantabrum coquen-
dum eſt , aut [13]ficus ſiccae , aut gallae quaſ-
ſatae, aut roſa ſicca, aut lenticula, aut om-
phacium : aliqua ex his , aut certe omnia ,
vt ſuperius [14]contexuimus , concoquenda
5 [15]ſunt. Nam , [16]et [17][*3]*Andronici* [*4]trochi-
ſcus, omnibus [18]merito [*5]approbatus, ſi cum
paſſo [19]vel caraeno teratur, et molli [20]pinna
his locis adhibeatur, ſatis iuuat. Sic etiam
de flore roſarum, et alumine ſciſſo, et [21][*6]de
Phrygio lapide ſimul combuſto , confectus
puluis , ſimiliter temperatus , [a]commodius
adhibetur : et cetera medicamenta , vt an-
thera, et his ſimilia, anteriorum [22][*7]aucto-
6 ritate comprobata. Interea ſaccellis vel [23]fo-

### *Variae Lectiones*

10 *Tertium* , tertiam A
*2 *Sanguinis*, ſanguis *Ms*
11 *Gargariſmatio*, gargariſmatis A
12 *Tali* , tali *modo* A
13 *Ficus ſiccae*, fici ſicci B
14 *Contexuimus* , conteximus A
15 *Sunt*, erunt *Ms* cum A
16 *Et* , deeſt in A
17 *3 *Andronici* , Andronicos *Ms*, andronius B
*4 *Trochiſcus* , trociſcos *Ms*
18 *Merito* , medicis B
*5 *Approbatus* , approbatur *Ms*
19 *Vel*, aut *Ms* et A
20 *Pinna*, penna A
21 *6 *De Phrygio* , defrargo *Ms*, diphrige B
a *Commodius ; et* commodius *Aldus*
22*7 *Auctoritate comprobata*, compoſitione probata *Ms* cum A
23 *Fotibus*, fomentis A

ti-

tibus, [*8]cataplasmatibus [24]aeque chalaſticis et paregoricis, locis faucium periclitantibus et [25*9]peccatoris vicinis partibus, imminebo. Cibis vero, temporibus competentibus, humidis calidis et tenuioribus, nutriendi ſunt. Acutae etenim aegritudines vtilius gubernari non poterunt.

## C. VII. *De apoplecticis.*

Apoplectici appellati ſunt eo, quod veluti 1
ictu quodam repentino percutiantur: [*1]vel, quod [1]cum totius corporis [2]frigidiſſimi deſperatione et grauedine, iaceant ſine ſenſu. [3]Etiam haec [3]quidem paſſio acuta eſt, [4*2]et nunquam penitus ſociata cum chronicis;
nimium ſolicita, ſine febribus tamen. De his 2
igitur *Hippocrates*, [5]noſtrae huius profeſſionis [6]auctor, ſic ſua ſententia iudicauit: *apoplecticos*, inquit, [7]*graui ictu perculſos, nullo* [8*3]*pacto penitus curari poſſe: leuiores attamen,*

### *Variae Lectiones*

*8 *Cataplasmatibus*, ſic *Ms*, cataplasmatibusque A et B
24 *Aeque*, def. in A
25*9 *Peccatoris*, pectoris A et B
Cap. VII. *1 *Vel quod*, vel *cum* quod *Ms*
1 *Cum*, abeſt in B
2 *Frigidiſſimi deſperatione*, frigidiſſimi cum totius corporis deſperatione A
3 *Etiam*, deeſt in A
3 *Quidem*, equidem B
4 *2 *Et nunquam*, et *temporalis*, nunquam B. Loco *temporalis* legit *Ms temporibus.*
5 *Noſtrae*, noſter *Ms* et A. *Hippocr. Aph. Sect. II. Aph. 42. ed.* Foeſ. 1595, Sect. VII, pag. 345.
6 *Auctor*, autoritas B
7 *Graui — perculſos*, grauiter occupatos *Ms* et A
8 *3 *Pacto penitus*, facto penitus *Ms*, penitus pacto A

 *li-*

3 *licet diſſicile, liberari.* Huic etiam ego obe-
diens, [9]hos ſic ſuadeo [10]viſitari: vt eos,
quos ſine ſenſu penitus [11*4]inſpexeris iacen-
tes, et nimium frigidos, [12]anhelantes tan-
tummodo; plena [13]ſub deſperatione [14]agere
4 [15]pronuncies. Quos vero leuiores, vt dixi,
et [16*5]aliquem ſenſum proprium continentes,
ſono narium [17]reſpirantes [18]conſpexeris, [19]pin-
na prolixiore interiora faucium attingendo,
ſi fieri poteſt, cibos aut phlegmata, per vo-
5 mitum [20*6]reiicere compelles. Sternutamen-
tis acrioribus eorum capita commouenda
ſunt. Vnguentis vel fricamentis acrioribus
et calidis, omnes eorum articulos, mixto
6 nitro et pipere, [21]infundi ſuadeo. Extremi-
tatem vero inteſtini taurino felle tangendam;
aut puluere [22]ſtaphidis agriae, quam ſiluati-
cam vuam [23]appellant. Balanos ſupponimus
acres [24]ac thermanticos. Conſueuerunt [25]ete-

*Variae Lectiones*

9 *Hos*, hoc A
10 *Viſitari*, obſeruari A
11 *4 *Inſpexeris iacentes*, iacentes *Ms*, iacentes inſpexeris A, inſpexero iacentes B
12 *Anhelantes*, anhelantes*que* A
13 *Sub*, eos B
14 *Agere*, deeſt in B
15 *Pronuncies*, pronunciem B
16 *5 *Aliquem ſenſum*, ex aliquo ſenſu *Ms*, aliqua parte ſenſum A
17 *Reſpirantes*, reſpirare A
18 *Conſpexeris*, male abeſt a *Ms* et B
19 *Pinna*, penna A
20 *6 *Reiicere compelles*, procurare debebimus *Ms*, prouocare debebimus B
21 *Infundi*, infundere A
22 *Staphidis agriae*, ſtaphisagriae A
23 *Appellant*, ſic *Ms* et A, *aliqui* appellant B
24 *Ac*, et A
25 *Etenim*, enim A

nim,

nim, his adiutoriis [*7]coacti, [26*8]ſcybala,
vel vrinas, vel phlegmata, frequenter [27]ex-
trudere. Cognoſcentibus vero et reſpon- 7
dentibus, intrepide phlebotomum [28]adhibe-
bo; [29]ſi tamen nimium ſenes non fuerint.
Succis eos ptiſanae vel alicae, cum oxy-
meli, gubernabo: aquam calidam potui da-
bo. Cum vero, transacto periculo praeſen- 8
ti, ad paralyſin, vt frequenter contingit,
cauſa fuerit deriuata; [30]ſuo tempore, [31]quo
de paralyſi tractaturi ſumus, etiam eorum
ordinabo remedia.

## C. VIII. *De [1]hydrophobicis.*

Hydrophobicorum cauſam, aliqui ex mor- 1
ſu canis rabioſi, aliqui ex [2]ſerpentum,
[3]euenire aſſeuerant. Sed has origines ſolici-
te nos ſcrutari, ſuperfluum eſt; occupatos
etenim hoc morbo moleſto, nil iuuat origi-
nem didiciſſe. Igitur cum initia huius mani- 2

### *Variae Lectiones*

*7 *Coacti*, coactis *Ms*

26 *8 *Scybala*, quibala *Ms*. Graecis literis exprimitur, cum ſcitiſſima ſcilicet explicatione, in margine: "*Scybala ſtercora ſunt*", in edit. A

27 *Extrudere*, excludere B

28 *Adhibebo*, adhibeo A

29 *Senes--fuerint*, recte edit. B connectit haecce cum *adhibebo*. (Dicit enim: phlebotomen omnino eſſe adhibendam, excepta aetate ſenili decrepita, vbi iſta noceat.) ſenex non fuerit B

30 *Suo*, ſeruato B

31, 32 *Quo*, quum A

Cap. VIII. 1 *Hydrophobicis*, ſic *Ms* et A, hydrophobis B

2 *Serpentum*, ſerpentium A

3 *Euenire*, venire A

fe-

feſta fuerint paſſionis, emergit primo [4]quae-
dam veluti irrationabilis animi [5]deſperatio re-
pentina, et [*1]frequentes iracundiae. Item pi-
greſcunt ad omnia; inſomnietates, vel cer-
te ſomnos terribiles, patiuntur. His et ſto-
machi grauedo, cum corruptela ciborum,
emergit. Lauacrorum inconſueta vitatio.
Aerem ſerenum, veluti [6]pluuioſum, perhor-
reſcunt. Vitare etiam bibendi conſuetudi-
nem tentant. [7]Tum etiam, quidquid liqui-
dum et humidum, horrent; ſoliciti, ne for-
3 te aqua ab aliquo nominetur. At vero, cum
[8]paſſio [9]eos plena poſſederit; quantum in
deſideranda potione [10]his acceſſerit [11]deſiderii,
tantum [12]timoris in accipiendo [13]geminatur.
4 Ad haec phlebotomo prius occurrendum eſt,
ſi nos nulla [*2]prohibuerint cetera praeiudicia,
[14]vt ſuperius dictum eſt; [15]quo neceſſitas
coëgerit [16]tempore. Vbi enim febrium ti-
mor defuerit, etiam poſt tertium diem de-
5 tractio ſanguinis non negatur. Item [*3]dabo
gentianae radicis puluerem, in melicrato

## *Variae Lectiones*

4 *Quaedam veluti*, veluti quaedam A
5 *Deſperatio*, reſpiratio *Ms* et A
*1 *Frequentes*, frequenter *Ms*
6 *Pluuioſum*, plumoſum A
7 *Tum — nominetur*, deſunt in *Ms* et A
8 *Paſſio; hos* paſſio B
9 *Eos*, deficit B, ob praecedens *hos*.
10 *His*, hic A
11 *Deſiderii*, deſiderium B
12 *Timoris*, timor B
13 *Geminatur*, generatur A
*2 *Prohibuerint*, prohiberent *Ms*
14 *Vt; et* vt B
15 *Quo*, quando A
16 *Tempore*, temporis A
*3 *Dabo*, da *Ms*

coch-

[17]cochlear vnum ; [18]dabo theriacam ; [19]dabo
coagulum leporis, tritum ſimiliter cum me-
licrato. Dabo etiam canum catulorum coa-
gulum. Dabo etiam cancrorum [20]fluuiatili-
um puluerem combuſtorum. Vulnera autem 6
eorum a plena ſanatione, vt poſſumus, dif-
feremus ; [*4]admouendo medicamenta, quae
[21]diu, et humecta et ſordida eadem vulnera,
[22]faciant permanere. Admoueo [23]interea 7
etiam [24]ſanguiſugas : admoueo cauſtica.
[25][*5]Patentia enim diu loca venenoſi humoris
minime poterunt prohibere digeſtionem. Pe- 8
ctus eorum vel ſtomachum, ſeminum [*6]cha-
laſticis cataplasmatibus, adiuuabo. Iuuabo
etiam cerotario ; ex aloe, [26]maſtiche, et
nardino oleo temperato. Caput eorum oleo
anethino vel [27]chamaemelino tepido infundo.

## *Variae Lectiones*

17 *Cochlear*, coclear A, coclearium B

18 *Dabo theriacam*, diatheriacon dabo A

19 *Dabo*, abeſt ab A

20 *Fluuiatilium*, fluminalium B

*4 *Admouendo*, admouenda *Ms*

21 *Diu — humecta*, debent mitti A

22 *Faciant*, faciam A

23 *Interea etiam*, ſic *Ms* cum A, etiam interea B

24 *Sanguiſugas*, ſic *Ms* et A, *hisdem locis* ſanguiſugas B

25 *5 *Patentia — poterunt*, patentia enim diu loca paulatim venenoſi minime humoris poterunt *Ms*, patentium enim locorum venenati humores minime poterunt A, patentia enim diu loca paulatim venenoſi ex vulneribus manentis humoris minime poterunt B

*6 *Chalaſticis*, caliſticis *Ms*

26 *Maſtiche; et* maſtiche A

27 *Chamaemelino*, chamaemilino A

Vo-

9 Vomitibus et clyſteribus releuandi erunt.
Stomacho ventoſas impono frequenter cu-
curbitas; et, vnguentis, ex [28]ſamſuci her-
ba vel abſinthio, confectis, praecordia per-
10 fricabo. Cogo interea et ſuadeo per inter-
ualla, [29]vt ad balneas accedant; et [30]ſolii
fomento calido eos poſſe iuuari aſſeuerabo.
Procurabo cibos cum [31]ſoporiferis ſpeciebus;
[32*7]ſi in tempore non deerit, etiam ſagape-
num aut laſer [a]admiſceo.

## C. IX. *De [1]iliacis, colicis, [2*1]ſtropho.*

1 [3]Iliacorum, colicorum et [4]ſtrophi ſimilis
eſt omnibus doloris moleſtia, diuerſis
attamen accidentibus ſeparantur. [5]*Strophus*
eſt leuis ventris [6]tantummodo dolor: [7*2]qui
leui adiutorio, aut vaporum, aut ventris
expoſitione, aut lauacrorum fomentatione,
2 compeſcitur. *Colicorum* vero inteſtini vnius
querela grauiſſima eſt, et [8*3]plerumque lege
chronica, ſtatutis et praefinitis veluti tem-
poribus, commouentur: vt iam temporis

### *Variae Lectiones*

28 *Samſuci*, ſamſuco A, ſanſuci B

29 *Vt — accedant*, ad balneas ire debere B

30 *Solii*, ſolo A

31 *Soporiferis*, ſaporiferis A

32 *Si*, ſi *ſe* *Ms*, *ſed* ſi A

a *Admiſceo*, admiſcebo *Aldus.*

Cap. IX. 1 *Iliacis*, ileodis B

2 *1 *Stropho*, iſtropho *Ms*, et ſtrophicis A

3 *Iliacorum*, ileorum B

4 *Strophi*, ſtrophicorum A

5 *Strophus*, ſtrophos B

7 *Qui*, et *Ms* atque A

8 *3 *Plerumque*, frequenter *Ms* et A

ma-

magis moleſtiam, quam vitae periculum reformident. [9]*Iliacorum* autem paſſio, de qua 3
nunc nobis tractatus interponitur, acuta eſt, et ſub [10]anguſto tempore periculoſa. Primo quod [11]ventris totius [12]et ſtomachi ventoſitate tenduntur; veſicae, inguinum, coxarum, et omnium vicinarum partium doloribus opprimuntur: ſcybalorum intercluſione nimia conligantur, vsque adeo, vt etiam clyſtere [13]acri adhibito, non fimum, ſed ventoſitatem ſolam inutilem, egerere videantur. Saliuarum frequenti profluuio [14]perſe- 4
uerante coguntur in [15]nauſeas; vt non ſolum phlegmata vel humores, ſed etiam, ([16]dictu [17]horribile [18]et viſu) ſtercora [19]per os cogantur [20*4]excludere. Ad haec igi- 5
tur accidentia, quantis poſſumus adiutoriis, hoc ordine ſuccurrendum eſt. Vaporibus frequentibus et cataplasmatibus, de cymini puluere et [21]ſinapis ſemine temperatis, immineo: iniectionibus quoque ex ſupradictarum ſpecierum decoctione confectis: [22]admiſcens ſuccos foenigraeci, quibus ruta viridis [23]decoquenda erit. Item etiam ex oleó 6

*Variae Lectiones*

9 *Iliacorum*, Ileorum B
10 *Anguſto*, auguſto A
11 *Ventris totius*, ventoſus illis A
12 *Et ſtomachi*, eſt ſtomachus A
13 *Acri*, frequenter B
14 *Perſeuerante*, perſeueranti A
15 *Nauſeas*, nauſeam A
16 *Dictu*, def. in *Ms* et A
17 *Horribile*, horribili A
18 *Et*, deeſt in *Ms* et A
19 *Per os*, def. in *Ms* et A
20*2 *Excludere*, deeſt in *Ms*, egerere A
21 *Sinapis*, Synonis B
22 *Admiſcens*, admiſcentes B
23 *Decoquenda*, concoquenda A

ro-

roſeo, mixtis anſerinis adipibus, aut caſto-
rei puluere cum oleo vetuſtiſſimo. Vtilius,
[24]ſi, ex laurino [25*5]vel Cyprino vel glauci-
7 no, temperentur. Vtimur ventoſis, cu-
curbitis [26]ignidioribus, violentius euellen-
dis. Et, ſi adhuc doloris moleſtia perſeue-
rauerit, phlebotomum [27]adhibebo: perſeue-
rando tamen fricationibus, [28]manibus vel
8 ſabanis calidis. Scybalorum vero egeren-
dorum cauſa primo eos chalaſtico clyſtere
compello. Qui, ſi [29]contemptus fuerit, in
ſecundis, acrioribus imminebo; [30]colocyn-
thida decoquens, [31]cum ſucco betarum et
9 ſimilibus ceteris, aſpere prouocantibus. [32]Sin
vero ex [33]ſuſpicione potionis venenoſae per-
ceptae hoc [34]eueniſſe cognoueris: [*6]theria-
cam cum vino dare conueniet. Ventrem
prouocabis ex lacte decocto, quod ſchiſton
[35*7]appellamus; in quo coqui facies, aut diſ-
ſolui, aut aloe, aut [36*8]ſcammoneam. [37]Ad-
des etiam adiutoria, de Graeco [38]Euporiſton,
compendioſa.

*Variae Lectiones*

24 *Si*, ſic B
25 *3 *Vel Cyprino*, cyprio *Ms*, def. in A
26 *Ignidioribus*, ignotioribus A
27 *Adhibebo*, adhibeo A
28 *Manibus*, deeſt in *Ms* et A
29 *Contemptus fuerit*, contenti fuerint A
30 *Colocynthida*, colocynthidas A
31 *Cum*, abeſt a B
32 *Sin*, ſi *Ms* cum A
33 *Suſpicione*, ſumptione A
34 *Eueniſſe*, euenire A
*4 *Theriacam*, theriaca *Ms*
35 *5 *Appellamus*, aliqui appellauerunt *Ms*, aliqui vocauere A
36 *6 *Scammoneam*, ſciamoniam *Ms*, ſcamoniam B
37 *Addes*, addis A
38 *Euporiſton*, Euporiſto B

C.

## C. X. *De ſpasmis.*

Spasmus appellatus eſt ex tenſione, vel 1
protractione neruorum, et vicinorum muſculorum, ceruicis quam maxime, impatienti dolori [1]conſentientis; vt etiam ad reſpondendum os facile aperire non poſſint. Nam ſub hoc titulo *ſpasmi*, variae ſunt huius paſſionis figurae.
Spaſmus per omne corpus extenſionem rigidam, temporalem quidem, habet: ſub qua ita tenduntur, vt, ſub vno ſchemate iacentes, tenſione moleſta et inflexibili teneantur. 2
Quos vero pronos 3
contractio habet, *emproſthotonicos* dicimus: quos autem ad poſteriora reclinatos, *opisthotonicos* [*1]appellamus. Haec accidentia corporibus frequenter ſine febribus euenire conſueuerunt.[2]Quod ſi febres ſpaſmis ſuperuenerint, cauſam ſoluunt: ſpasmi autem [3]ſuperuenientes febribus, vitae ſemper periculum

### *Variae Lectiones*

C. X. 1 *Dolori*, dolore *Ms* et B. *Conſentientis*, compatientis *Ms* et A

*1 *Appellamus*, appellemus *Ms*

2 *Quod — ſpasmis*, quae quibus B. Quae (ſc. febres), quibus (nempe ſpasmis) ſuperuenerint; cauſam ſpasmi, hinc ſpasmum ipſum, tollunt.

3 *Spasmi — febribus*, Superuenientibus vero febribus B. Superuenientes (ſc. ſpasmi) vero febribus, vitae periculum ſemper minitantur. *Conf. Hippocratis* ſcripta, u. g. *Aphorism. Sect. IV. Aph.* 57, 66. *Praen. Coac. III*, 80, 82, 86, *ed. Lind. Part. I. p.* 53.

4 minitantur. Sed [4]hae ſupradictae [5]diſcre-
tiones, vna eademque medicinae diligentia,
viſitantur. Primis diebus commodius [6]phle-
botomo ſuccurrendum eſt: ſi tamen [7]poſt-
ea etiam omnia adiutoria competentia mi-
nime praetermittas. Fricamentis vel [8]vn-
guentis omnia loca diligentius mitiganda
ſunt, vino et oleo temperatis; cubiculo ca-
5 lido et lucido procurato. Neruis vero ten-
ſis et [9]inflexibilibus, fomenta vel [10]ſolia, ex
oleo [11*2]chalaſtico [12*3]calidiſſimo, procurabo.
Cucurbitas cum detractione ſanguinis, com-
petenti tempore [13]adhibebo: ventrem pro-
6 curabo ex clyſtere ſimpliciore. Cibis [14]con-
gruis [15]digeſtibilibus nutrio: vt ſunt oua [16]ther-

## *Variae Lectiones*

4 *Hae*, haec B

5 *Diſcretiones*, diſcretionis B

6 *Phlebotomo — eſt*, phlebotomo ſuaui vtendum eſt A

7 *Poſtea — omnia*, poſt omnia B

8 *Vnguentis*, vnctionibus A

9 *Inflexibilibus*, flexibilibus, *Ms* atque A

10 *Solia*, ſoia A. Solium, i. e. vas, in quo continetur balneum, balneum ipſum ſignificat: continens ſcil. pro contento.

11 *2 *Chalaſtico*, caſtico *Ms*, cauſtico A

12*3 *Calidiſſimo procurabo*, et calidiſſimo temperabo A, calidiſſima *Ms*, conſentiens ceterum cum B

13 *Adhibebo*, adhibeo A

14 *Congruis*, cungruis A

15 *Digeſtibilibus*; *et* digeſtibilibus B

16 *Thermapala*, tomatula A, in cuius margine ſequens adhuc exſtat ſcholion: Alias *Hapala*. "Sunt autem *hapala oua*, recentia, quorum cortex (i. e. albumen) nondum induruit". *Hapala* vel *apala* oua, ſunt oua cocta, vt ſorbendo edi queant. Weich geſotten. Conf. *Apicii L.* VII, c. 17; et indicem in illum a nobis euulgatum.

ma-

mapala; buccellae candidae in [*4]aqua calida maceratae, frequenter etiam, melicrato infuſae, inferendae erunt. Et, ſi adiutoriis ſupradictis releuati, etiam oris coeperint impedimento carere, [17]maluas, et minutos piſciculos anethino [18]iuſculo [19]decoctos, plena iam confidentia, ſubminiſtrabo. Frequenter etiam cum [20]embammate, ex [21]hydromelle temperato. La-
ctis his copia neganda non erit. Omnibus 7
vero [*5]tenſionibus, poſt fomenta chalaſtica, ex oleo Sicyonio [22]inunctionem adhibebo et [23]acopa calidiora: et cataplaſmate [24]chalaſtico loca diutius mitigabo. Poſt clyſterem vero chalaſticum, expoſitis ſcybalis, [25*6]enemate vti nos [26]conueniet, [27]ex oleo
rutaceo, commixto caſtoreo. Conueniet 8
etiam [28]locis ipſis de ſalibus calidis adhibere ſaccellos. Nam et carbonibus proxime ca-

## *Variae Lectiones*

*4 *Aqua — maceratae*, aquam calidam maturatae *Ms*

17 *Maluas*, maluas *discoctas* B

18 *Iuſculo*, iuſcello B

19 *Decoctos*, discoctos A

20 *Embammate*, emplasmate *Ms* et A, quae ed. A in margine discrepantem adhuc hanc exhibet lectionem: "alias *anomelle*".

21 *Hydromelle*, oenomeli B

*5 *Tenſionibus*, ſenſionibus *Ms*

22 *Inunctionem adhibebo*, vnctionem adhibeo A

23 *Acopa calidiora*, cepa calidiore A

24 *Chalaſtico*, def. A

25 *6 *Enemate*, enematio *Ms*, enematis B

26 *Conueniet*, conuenit A

27 *Ex — rutaceo*, et rutaceo oleo *Ms*, rutato oleo B

28 *Ipſis*, deeſt in B

lentibus, lectos et ſtramina calidiora [29]procurabis. Cerotaria vel acopa ex oleo Cyprino his frequenter adhibenda ſunt. Et adipes leonum, galbano commixti, par beneficium [30]procurant.

9 Dabo etiam interea potiones huiusmodi: Caſtorei puluerem cum melicrato, [31]aliquoties [32*7]piperis quippiam intermiſcens: [33]dabo ſilphium cum pipere et melicrato ſimiliter: dabo etiam diureticas

10 potiones: dabo ſomniferas. [34]Procurabo etiam [35*8]aquarum beneficia natura calidarum: [36]nam, poſt declinationem aegritudinis, [37*9]his multum natura earum mederi conſueuit.

### *Variae Lectiones*

29 *Procurabis*, procura B
30 *Procurant*, procurarunt B
31 *Aliquoties*, aliquotiens B
32 *7 *Piperis quippiam*, quippiam deeſt in *Ms*, his piper A
33 *Dabo*, deſ. in A
34 *Procurabo*, curabo A
35*8 *Aquarum—calidarum*, aquarum naturalium beneficia calidarum *Ms*, per aquarum naturaliter calidarum beneficia A
36 *Nam*, per quae B
37 *9 38 *His — conſueuit*, hijs ventris beneficia procurare conſueuit A, "*ventri beneficii*" loco "*mederi*" *Ms*, in reliquis conſentiens cum B

C. XI. [1*1] *De ſatyriaſi, vel impedimento vſus veneréi.*

Satyriaſis, [2]gonorrhoea, vel [3]priapiſmus, 1
[4]quibus ſimilis eſt, ſub immoderata pa-
tratione, moleſtia, [5]his accidentibus diſter-
minantur. *Gonorrhoea* ſine veretri exten- 2
ſione vel vſus deſiderio, ſpermatis affluen-
tiſſima ſub effuſione, corpora debilitat, et
per chronica tempora producitur. *Satyria-*
*ſis* vero, ex certa corporis incommoditate,
quae etiam mulieribus aliquando [6]contin-
git, et deſiderium inſatiabile, et tenſionem
particulae, cum aſſidua patratione, [7]fa-
cit: et, licet ſine febribus, attamen inter
acutas et temporales aegritudines, numera-
tur. Hanc paſſionem *priapismon* aliqui ap-
pellauerunt. Sic itaque curandi erunt, 4
qui [8]ſub vtrisque cognomentis aegrotant.
[9*2]Frequentatione palaeſtrae per initia [*3]omne
eorum corpus exerceo. Poſt identidem pe-
nitus quieſcendum eſt. Vapores ſtypticos 5

## *Variae Lectiones*

Cap. XI 1*1 Inſcriptio huius capitis: 1 de ſatyriaſi, vel impedimento vſus *Ms*, 2 Quam nos exhibemus, eſt inſcriptio editionis A, 3 de ſatyriaſi B

2 *Gonorrhoea*, Gonorrheae A

3 *Priapiſmus*, PriapiſmiA

4 *Quibus*, deeſt in A

5 *His*; *quae* his A

6 *Contingit et*, inter duo haec verba, *Ms* et A deficientia, ſequens B legitur inſertum: "quam metromaniam aliqui appellauerunt". Metromania eſt furor vterinus, a μήτρα et μανία.

7 *Facit*; *auidiſſimam* facit *Ms* et A

8 *Sub vtrisque*, de vtriusque A

9 *2 *Frequentatione*, fricationem *Ms*, fricatione B

*3 *Omne*, omnem *Ms*

[10]frequentius ſupponimus, [11]ſub tegmine vel
munimine totius corporis [*4]bene diſpoſiti:
[12]vaporem calefactum ex acacia vel [13]hy-
pociſtide, [14]cicutae herbae ſucco [15]contri-
6 ta et reſoluta. Tunc ipſis partibus [16][*5]du-
ras ſuperaddimus [17]fricationes [18]manuum,
[19]vel ſabanorum paulo aſperiorum. Cibos
ſtypticos [20]omnes cum aceto miniſtrabo;
vitans calidos, et qui inflationem [21]poſſint
concitare corporibus. Hi etenim frequen-
ter vſum erigere venereum [22]conſuerunt.
7 Sic etiam [*6]potus ſubminiſtrandus erit. Sed
tamen omnia haec mediocriter, et rarius
exhibenda ſunt; vt ex hoc, veluti famem
8 vel ſitim, procurare poſſimus. Si vero paſ-
ſionis huius moleſtia diutius perſeuerauerit,
vt [23]et tenſio et deſiderium impatientiſſime

## *Variae Lectiones*

10 *Frequentius ſupponimus*, def. in A

11 *Sub tegmine*; *vbi iam* ſub tegmine A

*4 *Bene diſpoſiti*, ſic *Ms*, bene *fuerint* diſpoſiti A, def. B

12 *Vaporem calefactum*; *ſupponimus*, vaporem calefactum A, vnguo ſub vaporem calefacto B, *vaporem calefactum* pro *calefacto* legit *Ms*, congruens ceterum cum B

13 *Hypociſtide*, hippoquiſtide A hypociſtida B

14 *Cicutae*; *vel* cicutae A

15 *Contrita — reſoluta*, contrito et reſoluto A

16 *5 *Duras*, duarum *Ms*, def. in A

17 *Fricationes*, fricationem A

18 *Manuum*, vnam *Ms* et A

19 *Vel*, def. in A

20 *Omnes*, omneis A

21 *Poſſint*, poterunt A

22 *Conſuerunt*, conſueuerunt A

*6 *Potus ſubminiſtrandus*, potum ſubminiſtrandum *Ms*

23 *Et*, def. in A

[24]pro-

[24]protendantur; laminam plumbi, renibus et
partibus vicinis, [25]apponam. Nam et ven-
toſis cucurbitis aſſiduis, eadem loca fatigan-
da ſunt. Dropaces quoque imponendi erunt.
Ab omnibus carnoſis cibis, et multum nu- 9
trientibus, abſtinendi ſunt: ab odoribus bo-
nis vel thymiamatibus: ab aſpectu, vel
[26]communione, [*7]pulcrarum penitus figura-
rum; vt neque tangendi neque viſendi eis
copia praebeatur.

Quibus vero, aut aetatis vergentis 10
[27]defectione, aut [28]morbis locis [29]reſidenti-
bus, veluti [30]partes frigentes, vſus [30]venerei
officium pernegarint, [31*8]tunc e contrario
eis his adiutoriis famulabor. Conuenit, 11
exercitio vti mediocri: [32]conuenit, in mo-
dum palaeſtrae, manibus fricari femineis,
molli et delicata virtute innitentibus: fri-
cationibus, [33]inquam, quam maxime loco-
rum inferiorum, [34]inguinum et [35]femorum;
vnguentis calidioribus et mordentibus, ni-

*Variae Lectiones*

24 *Protendantur*, protendatur B
25 *Apponam*, appono *Ms* et A
26 *Communione*, ſic *Ms* et A, commotione B
*7 *Pulcrarum*, pulchrum *Ms*
27 *Defectione*, defectio A
28 *Morbis*, morbus A
29 *Reſidentibus*, reſidens A
30 *Partes frigentes*, iam frigentibus A
30 *Venerei*, venerii B
31 *8 *Tunc — his*, tunc contrario eis his *Ms*, his contrariis A
32 *Conuenit—innitentibus*, omnia def. *Ms* et A
33 *Inquam*, def. *Ms* et A
34 *Inguinum; et* inguinum A
35 *Et femorum — vel*, omnia deſunt in *Ms* et A

tri vel [36]piperis, vel euphorbii; vel ſimilium ſpecierum, quae, erigendo [37*9]languorem corporum, deſiderium, vel vſum [38]valeant
12 miniſtrare venereum. Etiam [39]horum dropaces [40]adhibebo renibus vel inguinibus, et [41]ex eodem balanos. Cibis [42]vero calidioribus vtar, inflantibus vel erigentibus membra frigentia; vt eſt vinum boni odoris, vel [43]oenomeli, alica, amylum, [44]pinus nuclei, porri, erucae, [45]bulbi, [46]oua recentia, et ſimilia; quae, per potiones accepta,
13 virile ſemper officium [47*10]reparant. [48*11]Et piper, ſatyrion, et ſcincus, et erucae ſemina, et cetera adiutoria, par beneficium miniſtrantia: [49]quae in *Libro Phyſicorum* com-
14 modius diſponimus. Interea eos quieſcere

## *Variae Lectiones*

36 *Piperis — ſpecierum*, ex pipere, vel euforbio, vel ſimilibus ſpeciebus A

37*9 *Languorem corporum*, ſic *Ms*, vigorem A, vaporem corporum B

38 *Valeant — venereum*, venerium valeant miniſtrare B

39 *Horum*, his B

40 *Adhibebo*, adhibeo A

41 *Ex — balanos*, eodem balano B

42 *Vero*, abeſt ab *Ms* et A

43 *Oenomeli; hydromel* in textu —, in margine: "alias oenomelite" exhibet A

44 *Pinus*, pinei A

45 *Bulbi*, bulbi *etiam* A

46 *Oua recentia*, deeſt in *Ms* et A

47 *10 *Reparant*, deeſt in *Ms*, reparauerunt A

48 *11 *Et — miniſtrantia*, Reparatum eſt et pipere, ſatyrio, et ſcinco (ſtinchus A) et erucae (erui A) ſemine, etiam caeteris adiutoriis, par beneficium miniſtrantibus. B *Ms* conſentit. Loco tantum *caeteris adiutoriis — miniſtrantibus* legit *caetera adiutoria — miniſtrantia.*

49 *Quae*, quae *quammaxime Ms* et B

con-

conuenit, non ſolum noctis [50*12]ſpatio, verum etiam diei: vti plumis et mollioribus opertoriis, vel [51]ſtraminibus, conuenit. In- 15
terea puellarum ſpecioſarum [52]ſeruitium procurandum eſt. [53]Vtendum ſane lectionibus, animum ad delicias pertrahentibus: vt ſunt [54]*Amphipolitae*, *Philippi* [55]et *Herodiani*; aut certe, [56]*Syrii* aut *Amblii*. Vel ceteris, ſuauiter amatorias fabulas, deſcribentibus.

## C. XII. *De cardiacis, [1]ſiue diaphoreticis.*

Licet quam plurimorum ſententiae ita de- 1
finierint, ſicuti haec eadem profeſſio nominis atteſtatur, cordis [2]vitio hanc aegritudinem fieri; [3]eis ego tamen non facile adcommodabo [4]conſenſum. Numquam etenim claruit indicium manifeſtum, [5]quo, tentari in aliquo naturam cordis, [6]intelligeremus. Eſt autem totius corporis, et virium 2

### *Variae Lectiones*

50 *12 *Spatio*, ſpatia *Ms*, ſpaciis A

51 *Straminibus*, ſtranietis A

52 *Seruitium; vel puerorum ſimiliter* ſeruitium *Ms* et A

53 *Vtendum*, vti *Ms* et A

54 *Amphipolitae*, Amphipolyti A

55 *Et*, aut B

56,57 *Syrii—Amblii; Syrii*, (Sirii B), Syrii, Ambulii A, *Syri Iamblichi*, *Voſſii* eſt coniectura.

Cap. XII. 1 *Siue diaphoreticis*, qui etiam diaphoretici A

2 *Vitio*, initio A

3*1 *Eis—tamen*, quibus ego attamen *Ms*, hijs ego tamen A, eis attamen ego *B*

4 *Conſenſum*, ſenſum A

5 *Quo tentari*, quod attentari B

6 *Intelligeremus*, intelligerem A

plena reſolutio, quam [7]*cardiacam diaphoreſin* appellamus. [8]Hanc ſudor viſcoſus et frigidus perſeuerans, interemptis viribus, manifeſtat; praeeuntibus attamen acutis febribus, et flammarum interiorum ardoribus; quem [9]morbum aliqui [10]*cauſon* appellauerunt.
3 Haec igitur paſſio [*1]frequentius iuuenibus, quam ceteris aetatibus, euenire conſueuit. in augmento aegritudinis, hoc eſt circa diem ſextum; et quam maxime, eo tempore, quo aeſtas calidior incanduerit.
4 Licet ergo in omnibus [11]generaliter praemonuerimus, ad malarum aegritudinum neceſſitates gubernandas, temporibus ſeruiri debere: attamen, magna vi et periculo interpoſito, dum ſudoris illius emerſerit iniquitas [12]cum virium [13]defectu, et ex eo praeſens vitae periculum; tunc, confuſis et praetermiſſis temporum rationibus, adiuto-
5 riis [14]competentibus imminemus. [*2]Et, nunc cubiculum frigidum, nunc lectum

*Variae Lectiones*

7 *Cardiacam diaphoreſin*, καρδιακὴν διαφόρεσιν (διαφόρησιν) A

8 *Quam*, Hanc A

9 *Morbum*, abeſt in B

10 *Cauſon*, ſic *Ms* et A, cauſona B

*1 *Frequentius*, frequenter *Ms*

11 *Generaliter — attamen*, generaliter malarum aegritudinum neceſſitatibus, valde promouerit, ſi gubernantibus temporibus ſeruiamus, attamen A

12 *Cum*, ſic *Ms* et A, tum B

13 *Defectu*, defectus B

14 *Competentibus*, circumuallantibus B

*2 *Et*, vt *Ms*

ſtra-

[15]ſtraminibus veteribus lineis diſpoſitum; nunc flabella, nunc quoque pannos nardo et vino infuſos, praecordiis eorum [16*3]imponimus. Cataplaſmata [17]quoque frigida et 6
ſtyptica imponenda ſunt eorum praecordiis: [18]ſtrychnum, aut aizoon, aut [19]rubus, aut [20]Thebaicus dactylus, aut [21]caduca mali granati, vel [22]oenanthes grana. Certiſſimum 7
eſt etenim, ſingularum ſpecierum [23*4]merita, quemquam medicum, bene cognoſcentem, etiam temperiem vel commixtionem adiutoriorum, facile poſſe diſponere. Faciem 8
ergo eorum, ex poſca frigida, vel vino ſtyptico, fomentabo. Pulueribus aſpergo membra ſudantia, menthae vel roſarum fo-

## *Variae Lectiones*

15 *Straminibus*, ſtramentis A

16 *3 *Imponimus; inordinate* imponimus *Ms*, *ordine* imponimus A

17 *Quoque*, vero B

18 *Strychnum*, ſtrichnon A

19 *Rubus*, rubos B

20 *Thebaicus dactylus*, thebaicos dactylos B

21 *Caduca*, caducum B

22 *Oenanthes grana*, oenathes habentia B

23 *4 *Merita — disponere*, Merita, quemquam medicum bene cognoſcentem, vel etiam temperamenta, ſiue commixtionem adiutoriorum facile poſſe desponere A. Quenquam medicum benemerita cognoſcentem, etiam temperiem vel commixtionem adiutoriorum poſſe disponere B. Id quod denotat: medicum, qui per experientiam cognouerit virtutes remediorum, facile quoque illorum temperiem atque commixtionem poſſe perſpicere ac disponere. "*Adiutorium*" loco "*adiutoriorum*", exhibet *Ms*; congruens in ceteris cum B

liis ſiccis contuſis et cribellatis, [24]gypſi Na-
xii, mannae thuris, gallarum; [25]ſingulis
tunſis, et commixtis cum vino ſtyptico vel
eius fecibus: ſimul, mixtis odoribus bonis
vel thymiamatibus, vires labentes, et mem-
9 bra [26]deficientia, reparabo. Articulos eo-
rum oleo cucumeracio, vel nimis vetuſto,
mixto puluere nitri vel piperis, pyrethri
vel [27]adarces, vel vrticae ſeminibus, defri-
cabo, vel infundo: quo calorem ingenitum
emorientem reparare [28][*5]quatantenus valea-
10 mus. Nutriam ſuccis modicis, ſed frequen-
tioribus, frigidis tamen; quibus, ſudoris fe-
ralis [29]nimietate emorientes, exſuſcitem.
Nutrio potando, vt potero; nutrio ſimiliter
per clyſterem [30]vel alicae, vel ptiſanae ſuc-
cis, vt ſupra dixi; [31]quibus vngulas porco-
rum, vsque in plenam [*6]earum decoctionem,
11 concoqui ſuadeo. Aquam frigidam [32]per in-
terualla ſimiliter ſubminiſtrabo: et, ſi aeta-
tis adhuc vapor calidior coegerit, niuatas
non [*7]aſpernabor.

## *Variae Lectiones*

24 *Gypſi Naxii*, gypſi, naxi A
25 *Singulis*; *omnibus* ſingulis B
26 *Deficientia*, deſidentia A
27 *Adarces*, adarches A
28 *5 *Quatantenus*, quatenus *Ms*, aliquatenus A
29 *Nimietate*, abundantia A nimietas morboſo magis conuenit.
30 *Vel — vel*, aut alicae aut A
31 *Quibus*; *in* quibus *Ms* et A
*6 *Earum*, eorum *Ms*
32 *Per — ſimiliter*, ſimiliter per interualla B
*7 *Aſpernabor*, aſpernabo *Ms*

C.

## C. XIII. *De cholera.*

Cholera paſſio moleſta, ſub anguſto tem- 1
pore ſolicita; omnibus acutis aegritu-
dinibus velocior. Nam haec, ſub vno
die, [1]vt frequenter experti ſumus, vitae
terminum fecit: dum ſubitanei vomitus,
ventris quoque [2]innumerae effuſiones, ſub
dolore nimio praecordiorum, vel totius
corporis, interiorem omnem ſaepe ſub-
ſtantiam effuderunt. Eſt etiam [3]huic ſimi- 2
le in [4]diarrhoea periculum. Sed eo diſtat,
quod [5]diarrhoici ſola ventris moleſtia, et
ſub longo tractu temporum, [6]aliquotiens
fatigantur: cholera vero, ex vtrisque ef-
fuſionibus, ſaepe et ſub anguſto tempore,
homines pernecauit. Ergo, cum interiora 3
praecordiorum, humorum minacium prius
occupauerit conglobatio, vt [7]ecthlipſes

### *Variae Lectiones*

Cap. XIII. 1 *1 *Vt; ſperatio*, vt *Ms*, *deſperata*, vt A

2 *Innumerae*, imminere A

3 *Huic*, hoc A

4 *Diarrhoea*, diarrhia A

5 *Diarrhoici*, diarrhiaci A

6 *Aliquotiens*, aliquoties A

7 *Ecthlipſes*, Thlipſeis B. "ἐκθλίψις defectio eſt ſpiritus, συγκοπὴ alias vocata". Hoc notatur in margine edit. A: aſt perperam. *Eclyſis*, etenim (minime vero *ecthlipſis*) leuiorem deficientis animi (i. e. *lipothymiae*) gradum, denotat. Quum e contrario ſub *ecthlipſi*, eliſio, expreſſio, ellipſis, angorque animi, intelligantur: hic loci pro nimia contentorum ex inteſtinis expulſione, quin teneſmo, forſan habenda. Verum *angorem* vel *anxietatem*, ſub *ecthlipſi*, hoc loci, deſignari;

vel

vel anguſtias, nimios quoque dolores efficiat; tunc nos aquam calidam in tempore [8]porrigemus, [9]et per vomitus [10]eius pro-
4 curabimus digeſtionem. At, cum [11]per vias expulſionis, eorum impetus torrens et repentinus eruperit, [12]ita vt ex vtrisque terribilis effundatur; ſic, ſi poſſumus, [*2]prae-
5 ſens periculum remouemus: oleo calido omne eorum corpus infundimus, articulos faſciolis adſtringimus: neruos omnes et loca contrahentia, lanis, infuſis eodem oleo, calidiſſimis, munimus. Vtimur quoque etiam cerotario, [13]e nardino oleo et Cyprino et glaucino aut irino, temperato.
6 Si vero, interceptis viribus, plena fuerit deſperatio; odores vel thymiamata his,
7 propter reparationem, adhibebimus. Cibos dabimus competentes, ſuccos lentis [14]cum aceto, oua hapala, vuam Fabriciam, buccellas mero infuſas, vngulas porcorum,

## *Variae Lectiones*

proxime in textu ſequentia verba, "*vel anguſtias*", abunde teſtantur. Choleramque, ſummam plerumque anxietatem, comitem habere, cuilibet, artem exercenti, eſt notiſſimum.

8 *Porrigemus*, porrigimus A

9 *Et*, deeſt in B

10 *Eius*, deeſt in A

11 *Per — expulſionis*, ſe eadem B

12 *Vt*; *ita*, vt *Ms* et A

*2 *Praeſens*; *ita* praeſens *Ms*

13 *E*, et *Ms* atque A

14 *Cum — hapala*, cum aceto oua: ſic rapula B. *Oua hapala* vel *apala* quae ſint, vide in *Libri* huius *Secundi* C. X. Nota 16.

vel

vel iuſcellum gallinarum; [15]concoquendo
ſtrychnum, vel aizoon, aut rubum. Dabo
potum frigidum, dabo niuatam, colum-
bos matri ſubductos. His etiam perdices
eodem modo conuenit [16]miniſtrari. Ca- 8
taplaſmata vero omnia adhibenda ſunt,
quae [17]diaphoreticis *ordinata ſunt. Febri-*

## *Variae Lectiones*

15 *Concoquendo*, concoques *Ms* et A

16 *Miniſtrari*, miniſtrare B

17 *Diaphoreticis*. Hoc vltimum eſt vocabulum capitis huius, in edit. *Baſ.* ſuo fine truncati. Quae enim ſequuntur, ex edit. *Arg.* ſolummodo ſunt depromta. Inſuper vero notandum,

*a* Prooemium, alteri huius libri parti praefixum, vna cum V capitibus prioribus et notabiliore VI, de *paralyſi* agentis, capituli parte, in ed. *Baſ.* penitus deſiderari.

*b* In eadem *Baſileenſi* editione, capita ab initio ad finem vsque, 34 numerari, ſerie haud interrupta: in editione vero *Argentoratenſi Librum Secundum* in *duas* discretum eſſe *partes*. Quarum in altera, prioribus 13 capitulis comprehenſa, *de morbis* agitur *acutis*: in altera vero, ex 21 ordinis poſterioris capitibus conſtante, *de paſſionibus chronicis* ſermo fit; haud computato praefamine, *ſecundae Libri ſecundi parti*, praemiſſo. Nos *Argentinenſis* editionis hic ſequimur auctoritatem: vel potius *Prisciani* ipſius; in ipſo praefationis, *Libro* huic *ſecundo* praefixae, initio, ſequentia palam profitentis: "*Nunc ſecundi operis partes* adgrediar"—. Nec non vltimis eiusdem prologi verbis: "*De chronicis vero ſecundis partibus* promiſſos ſermones expediam". Conferatur nota, praefamini huic ſubnexa, ordine 8ua. Vt taceam *praefationem*, *poſteriori huius libri parti*, ab ipſo *Prisciano* noſtro, *praemiſſam*.

bus

*bus vero interpoſitis, conſideratis temporibus, ſeruiendum eſt. Intenſius tamen effuſionum ſolicitudini militabo. In quibus ſaepe etiam ſanguinis ſuperuenientis effuſio, vitae periculum procurauit.*

## Explicit Volumen I